CONSILIORVM EMINENTISSIMI IVRIS INTERPRETIS

PAVLI DE CASTRO

Volumen Primum.

QVAE PLVRIVM IVRISCONSVLTORVM Adnotationibus fuerunt iampridem locupletata.

Hac nouissima uerò editione ab innumeris erroribus, quibus ob temporis uetustatem, omnia excedentem, & librariorum iniuriam deprauata comperiebantur, M. D. LEONARDI à LEGE Iurifcon. Mantuani ad publicam iurisperitorum utilitatem summo studio uindicata,

Additionibus eiusdem, Nouis rerum notabilium summis, ac decisiuo inde repertorio fœliciter aucta.



VENETIIS,
Apud Io. Baptistam Somascum, & fratres.
M D LXX.

OCTAVIO SANCTACRVCIO
ILLVSTR. AC REVEREN.
SANCTISSIMI D. N.
PII V. PONTIFICIS MAX.
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIO.

Io. Baptiſta Somaſcus S. P. D.

QVAE duę res me potisſimum ad libros typis excudendos incitarunt, Octaui ornatisſime, cum ut de re litteraria bene mererer, tum ut hac ratione viros clarisſimos affari mihi liceret: hoc tempore mihi videntur vſu veniſſe. nam & Pauli Caſtrenſis, iuriſconſulti præſtantisſimi, reſponſa ita expreſſa comperient qui in iure dicundo, & in reſpondendo ſunt occupati, vt nihil nos pigeat vel impenſæ, vel laboris: & tibi dicantur, quem ego rerum præclare abs te geſtarum magnitudini adductus ita colo, vt ex omni nobilitate neminem maiore venerer obſeruantia. ex quo enim Ludouici Buccaferrei, optimi philoſophi, in libros Ariſtotelis de anima commentarios in tuo nomine emiſi, ac tu me in fidem tuam accepiſti: nunquam deſtiti cogitare, quonam te munere in altero philoſophię genere, quod in actione totum eſt poſitum, cuiuſmodi ſunt reſponſa prudentium, afficere poſſem, vt omnes meo beneficio intelligerent, te in omni diuinarum, atque humanarum rerum cognitione præſtare. quam ad rem eſſe hæc Pauli Caſtrenſis reſponſa, quæ Conſilia vocantur, accommodata exiſtimaui. quanquam huius mei adminiculi nihil omnino indigentem te eſſe omnes norunt: quippe qui iam inde vſque ab adoleſcentia, & ita deinceps virtutum omnium dederis documenta maxima: ac te in rebus diuinis adminiſtrandis, humanisque tractandis ita geſſeris, vt non tam ſingularem præſtantiam tuam, & animi magnitudinem cuncti mortales laudent, quam ſummam æquitatem, prudentiam, innocentiam, abſtinentiamque admirentur. quam ob rem minime mirum videri ſapientibus ſolet, quod Italia, atque adeo Vrbs ip-

ſa te colat, cum & Germania, & Hiſpania, & Luſitania maximè ſuſpiciat: & tanquam numen quoddam ab hoc Italo cœlo ad illas prouincias diuinitus miſſum veneretur. nec, mea quidem ſententia, fieri aliter poteſt: à bonis enim, vt prudentiſsimi homines prodiderunt, boni procreantur. quod in tua familia illuſtriſsima perpetuo curſu cognitum eſt: in qua tot clari viri floruerunt, vt non ad vnam domum nobilitandam, ſed ad vrbem ipſam, atque etiam cunctam Italiam illuſtrandam ſatis eſſe iudicentur. ſed tantum abeſt, vt tu a gentilibus tuis vllam decoris partem petendam tibi duxeris, ut præter nomen, nihil inde ad tuam laudem deriuare uolueris: ac tu potius ſtirpi tuæ ſplendorem attuleris, quam charitatem nominis inde conciliandam tibi eſſe iudicaris. quod certe es cumulatiſsimè conſequutus. Sed mihi non eſt propoſitum hoc loco laudes tuas oratione perſequi. tantum te mirum in modum rogo, hoc munuſculum libenter accipias, & me in tuo ære eſſe ſcias.

Vale, Venetijs, Nonis Iunij M D L X X.

PRIMA PARS
CONSILIORVM
PAVLI DE CASTRO.

Quibus nouißime præter cæteras M. D. LEONARDI à LEGE Iurisc on. Mantuani accesserunt Additiones, Noua rerum notabilium summa, atque decisionum eiusdem repertorium.

SVMMARIA.

1. *Gesta per eum qui me sciente & patiente negotia mea gerit teneor ratificare, ac si mandatum dedissem.*
2. *Contractus non solum, sed qualibet pacta in eis apposita, maximè cum non redundent in meum damnum, sed sunt communia, ratificare teneor.*
3. *Ratificare uideor contractus, cum rationes compono, uel quid aliud ago, propter quod uideor consentire contractui.*
4. *Locatio si facta sit ad certum tempus per talem gerentem negotia mea, & ego pensiones recipiam, & pactis appositis aquiescam, finito tempore locationis ille qui conduxit uidetur a me tacitè reconductus, non a gestore meo. quod nos.*

CONSILIVM I.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ †Si ille Nerius sciente [a] & patiente domina Francisca gerebat ipsius dominæ Franciscę negotia, possessiones locabat, & alia faciebat quæ consueuerunt facere factores generales seu institores, ut ab ipsa dña præpositus; & perinde est, ac si habuisset a d. domina mandatum. Et ideo gesta per eum, seu ɔ̄ctus per eum celebratos debet ipsa dña ratos & rata hr̄e, nec ɔ̄hentes decipiantur. text. est in l. j. §. magistrum. ff. de exerc. & l. ii. ff. quod cum eo. †Sequitur ergo, ꝙ cùm d. domina non possit uenire ɔ̄ ɔ̄ctum istum per d. Nerium celebratum, non pt ēt uenire ɔ̄ aliquod pactū in dicto ɔ̄ctu apposituŭ, qa a quo remouet genus, remouet quælibet eius species. C. de transa. l. si causa cognita. & ibi no. facit. l. j. §. quod ait. ff. de alea. & l. j. in fi. de suis & legi. & l. fi. C. de usuris rei iudi. Potissimè, qa in tali pacto, de quo præmittitur, uidetur ꝙ expensas uini, frumēti, & carnium deberet dictus Andreas facere de suo proprio. Sed expensæ salis, olei, & lignorum fierent super ipso hospitio. Tale enim pactum satis commune est, & potius tendit in utilitatem locantis, seu d. dominæ quàm ipsius Andreæ. vnde tanquam commune pactum & æquum satis uidetur cadere sub generali mandato d. Nerii, quod ex patientia d. dominę resultat, ut s̄. dixi, cùm non appareat eam euidenter lædi. ar. l. tutor. ff. de iureiuran. cum ibi no. ¶ †Præterea posito ꝙ ea, quæ supra dixi, cessarent, saltem illum contractum uidetur d. domina ratificasse, eo quia faciebat singulis annis reddi rationem lucri a dicto Andrea, & sic uidetur approbasse contractum usque ad tempus locationis factæ per dictum Nerium & ultra illud tempus ipsa uidetur de nouo rem locasse. ff. loca. item quæritur. §. qui impleto. unde usque ad tempus locationis factæ per Nerium dicitur locatio facta ab ipso Nerio. Sed ab ipso tempore citra uidetur facta ab ipsa domina. ut d. §. magistrum. Ex quo igitur dicta domina nullam fecit querimoniam de dictis expensis, salis, olei, & lignorum, cùm faciebat sibi reddi rationem administrationis, uidetur consensisse dicto pacto. ar. ff. de prob. l. proculam. Nec ferenda est, si dicat se ignorasse pactum prædictum. †Nam ex quo sciuit dictum contractum societatis & ipsum approbauit, præsumitur sciuisse omnia, quæ in dicto contractu interuenerunt. ar. ff. de transac. l. non est ferendus. l. alteri. in fi. de reg. iur. maximè quia tanto tempore passa est & nunquam in redditione rationis controuersiam mouit, ut dixi per dictam l. proculam. Ad prædicta facit, quia dicta domina debet dictum ɔ̄ ctum uel in totum approbare uel in totum reprobare. ff. de admi. tut. l. cum quæritur. de bonis lib. l. nam. & l. si ita. in fin. de ope. lib. ¶ Concluditur ergo, ꝙ d. domina non potest molestare dictū And. super dictis expensis salis, olei, & lignorum. ¶ Nec ob. ꝙ dicat se non interfuisse dicto contractui, uel sciuisse dictum pactū, [a] & de dictis expēsis non fecisse mentionem, nam sufficit ꝙ ea post facto approbauit faciendo sibi rationem annuatim reddi, quia p hoc uidetur sciuisse dictum pactum & ratificasse ut dictum est.

SVMMARIA.

1. *Statutum loquens de iusta causa, qualiter possit intelligi ut excusetur quis a pœna statuti.*
2. *Opinio qualiter cedat ueritati.*
3. *Locatio facta a prælato qualiter etiam ualeat ut successor illi stare teneatur.*
4. *Inno. dictum in c. grauis. de deposi. qualiter intelligatur.*
5. *Declaratio successoris prælati ꝙ uelit infringere uel non stare locationibus prædecessoris, an requiratur.*
6. *Successor qualiter teneatur ad debita eius prædecessoris.*
7. *Differentia quæ sit inter contractum latum a prælato cum consensu superioris, & sine consensu.*
8. *Contractus facti a conuentu cum autoritate superioris uno eodem monasterio creato prælato expirant. sed si datus defensor, tunc contractus firmi stant.* [b]

CONSILIVM II.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Visis [b] oībus suprascriptis & ponderatis uidetur in hoc facto fore quandam æquiuocationem. Sciendum est enim, ꝙ iustā causa detentionis quantum ad propositum, potest dici dupliciter. Primò, respectu ueritatis & iustitiæ. Secundò, respectu credulitatis & opinionis. †Primo modo diceretur iste primus conductor habere iustam causam detētionis, si haberet tale ius, ꝙ esset potior illo secundo conductore in tantum, ꝙ in re conducta deberet sibi præferri & obtinere in causa præcepti, ita quòd non teneretur disgomberare, & isto modo intelliguntur statuta communis Florentiæ loquentia de tali iusta causa detentionis, ut patet in statuto supra primo loco relato, sub rubrica de disgomberando ibi. & tunc si apparuerit &c. secundùm quod debet intelligi aliud statutum sequens seu reformatio de hoc loquens. ff. de legi. l. nam & posteriores. ¶ Secundo uero modo. s. quo ad opinionem & credulitatem posset dictus primus conductor habuisse iustam causam detentionis, licèt non foueret iustitiam in causa præcepti, nec haberet tale ius quod deberet præferri secundo conductori, putabat tamen se habere ex aliqua iusta causa, sicut uidemus in eo qui non fouet iustitiam in causa principali, tamen habuit iustam causam litigandi propter aliquam iustam & rationabilem causam, quæ ipsum induxit ad hoc credendum. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. l. quod te. ff. si cer. pet. Prima igitur iusta causa detinendi faceret ipsum obtinere in causa præcepti, & absolui a præcepto de disgomberando. Secunda uero solum excusaret eum a pœna statuti, & ab expen. litis. De primo patet per dicta statuta. De secundo patet per dictas leges, & per l. si uehenda. §. idem iuris. ff. ad legem rhodi. de iact. ¶ In proposito igitur, cùm iste primus conductor dicat se habuisse iustam causam detinendi tempore tenutæ datæ secundo conductori, eo quia conduxerat ab abbate & capitulo & non constabat sibi alium abbatem uel gubernatorem fuisse, nec alteri fuisse poderia illa locata, fateor quòd ipse potest dicere hoc accipiendo iustam causam secundo modo, scilicet quo ad opinionem & credulitatem, dummodo iste secundus conductor non reddiderit ipsum primum conductorem certiorem de iure suo & sui autoris. s. ostendendo sibi bullam domini Bartholomei, & instrumentum locationis sibi factæ, quod facere debuit ad constituendum dictum primum conductorem in malafide & auferendum iustam

[a] ¶ Sciente. scilquid in dubio uide Cor. in ɔ̄s. 2 . inci. in hac. nu. 2. & a. 1 ar. Facit quod hr̄ per Bal. in ɔ̄sil. 386. in 5 part. ꝙ si tu locas hodie aliquā rem nomine meo, & ego habeo ratum, ꝑsumeris retro possedisse noi: meo.

[b] ¶ Visis. Ad j. consulta: an successor teneat stare locationi ꝑdecessoris sui uide Bal. in ɔ̄sil. 475. in 1. par. & in ɔ̄sil. 484. in 3. part. ubi ponit quid qn̄ locet ad nō modicū tēpus. uel ad modicū in præiudiciū successoris. Et adde quod hr̄ p d Mar. So. ɔ̄s. 31. inci. Ex his. uec si. 3. ꝑdicta. in 1. parte. quotiensc ꝙ locator non h̄ius ꝑprū, sed ad uitam, morte ipsi eatiguitur locatio. Et ibidē uide nōnulla ad materiā, an & qn̄ successor teneat stare locationi ꝑdecessoris tā de iure cōi ꝙ si cōtū ɔ̄cessa ꝑtās a sū no pō. Et adde eā dē Paul. de Ca. j. in ɔ̄s. 4. nu. 4. & Bal. in ɔ̄sil. 255. i 2. p.

causam det entionis, C. quæ reapig obli. poss. l. nomen. in uerbo certior fact us. & no. per Bar. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. facit dictam causam. de cle. ¶ Ista ergo iusta causa, quia iustè credebat se non teneri ad disgomberandum, excusat eum a pœna statuti contra non disgomberantem infra decem dies per tura supra allega. Item & ab expensis litis usque quo dicta dubia & instrumentum fuerint ostensa [a], postea non, quia tunc incipit habere iniustam causam, ut no. Barto. ff. depositi. l. si quis inficiatus. de iudic. l. desttinsic. & de tali iusta causa non intellexeruot statuta supra relata. si bene inspiciatur. ¶ Si uerò accipiamus iustam causam primo modo, uidelicet quo ad ueritatem & iustitiã causæ principalis, ita q iste primus conductor debeat obtinere in causa præcepti tanquam sit potior isto secundo conductore, dico q talem iustam causam ipse non habet, nec habebat tempore datæ tenutæ, uel facti præcepti, quantumcunque ipse crederet cõtrarium iusta ratione ductus, quia re uera nullum fouebat ius dictis temporibus. nam locatio sua uel erat finita statim mortuo abbate, uel fuit finita per locationem factam a nouo abbate, ut ĩ. ostendam. ¶ Et licet primus conductor hoc iustè ignoraret, tamen quantum ad obtinendum in causa præcepti hęc credulitas non attenditur, sed ueritas. 2 † Nam in his quæ fundantur super ueritatem, reperta ueritate cedit opinio ueritati. 8. dist. c. ueritate. extra de frigidis. c. fraternitate. ff. pro emptore. l. 2. §. si sub conditione. in casu autem nostro ad hoc, ut quis obtineat in causa præcepti propter iustam causam detinendi tempore tenutæ & pręcepti, debet talis iusta causa esse fundata super ueritate & iustitia detentoris, ut patet per statuta. & sic opi. non attenditur sed ueritas. ¶ Videndum est de ista ueritate, quæ locatio sit potior. Et breuiter uisis & consideratis dictis doctorum scribentium super hac materia, reduco me ad talem distinctionem. 3 † Videlicet quòd aut locatio est facta per eum qui non est prælatus, puta per canonicum de re suæ præbendæ, & tunc finitur eo mortuo indistinctè, ut no. Innocen. in cap. fina. ne pręla. uices suas. ¶ Aut est facta per prælatum habentem administrationem, tunc aut interuenerunt ista duo, scilicet autoritas superioris, aut utilitas ecclesiæ, puta indigebat ecclesia refectione uel alia expensa propter quod utile uel necessarium fuit locare ad aliquod tempus [b], & recipere pecuniam ante, & tunc non est dubium q contractus ualet. Item transit in successorem, nec finitur morte locantis. Item successor tenetur stare colono, nec potest reuocare contractum, quia magis uidetur gestus cum ecclesia, quàm cum persona, est tamen uerum, quòd si in modo locationis esset aliqua læsio, puta quia potuisset locari pro pluri uel maiori pensione, tunc ecclesia restituitur in integrum. & hic casus est in c. j. de in integrum rest. & not. per Barto. in authen. qui rem. C. de sacrosan. ec. & authen. si quas ruinas. ¶ Aut ista duo defecerunt, quia nec interuenit autoritas superioris, nec utilitas uel necessitas ecclesiæ, & tunc ualet in uita locantis tantum, & eo mortuo finitur. ut in cap. 2. ne præla. ratio est, quia uidetur contractus magis gestus cum persona, quàm cum ecclesia, & pro iure, quod ipse prælatus habet. Vnde cùm iua eius finietur morte, sic & locatio, & hæc probantur in c. ueniens. & c. de cætero. de transact. facit c. ex multiplici. & quod ibi no. de decimis. Cùm enim prælatus æquipatetur usuario uel fructuario. iuxta no. in cap. præsenti. de off. præ. lib. 6 sequitur q locatio facta per eum finitur eo mortuo ipso iure, sicut finitur locatio facta per usufructuarium. ff. loca. l. si quis domum. §. hinc subiungi. facit de stipu. ser. l. seruus communis medii. §. cum seruus. nam cum locatio prædicta dependeat ex iure locationis, sequitur q finito iure locationis finitur ius conductoris. quia regula est quòd finito iure datoris ex causa necessaria finitur ius acceptoris. ff. de pigno. l. ex uectigali. de in diem adiecti. l. 2. §. sed marcellus. & ibi no. Si igitur hoc est in contractibus habentibus causam instantaneam, q si non interuenit autoritas superioris, dicuntur temporales tanquam facti cum persona, & non cum ecclesia, ut dicto cap. ueniens. cum aliis supra allega. idem & fortius in habentibus causam successiuam, qui habent concomitantiam temporis, & ideo secundum ueritatem temporis uariantur. argum. in d. l. seruus communis. §. cum seruus. de stipu. seru. Aut interuenit alterum tantum de dictis duobus, & tunc quantum ad uitam locantis non est dubium, quòd durat. Nam si ambobus deficientibus ualet ut dictum est, fortius altero tantum. ¶ Sed si quæritur an transeat ad successorem, refert. Aut deficit autoritas superioris, & subest tamen utilitas ecclesiæ, in quam dicta pecunia est conuersa, & tunc non transit ad successorem directò, quia non potuit antecessor obligare successorem per seipsum, cùm sit sibi post eum par. argumen. de elect. c. innotuit. ff. de pœnis. l. fin. l. puto. §. fina. tamen per indirectum transit, quia non poterit successor reuocare, nisi restituta pecunia conuersa in utilitatem ecclesię. argumen. ff. de rei uend. l. empt. ff. de condi. indebi. l. si in area. extra de rest. in integrum. cap. j. in fin. cum simi. Isto ergo timore forte ductus cogetur causatiue ad standum conductori ne habeat sibi restituere pecuniam, et dicetur noua locatio ex nouo cõsensu reformata. argum. ff. loca. l. item quæritur. l. qui impleto. de lega. 3. l. j. §. j. quia prima fit ipso iure extincta ex defectu potestatis locantis, quia non potuit locare ad maius tempus, quàm ipse esset usurus per dictam l. fina. ff. de pęnis. Si uerò deficit utilitas ecclesię, interfuit tamen autoritas superioris, tunc uidetur quòd non transeat in successorem, sicut nec aliæ alienationes perpetuæ ualent nisi subsistente tali solennitate, etiam si legitima causa utilitatis uel necessitatis subsistat. iuxta no. per glo. in cap. primo. de restitutio. in integrum. & in c. quę in ecclesiarum. de constitu. & per Ioan. Andr. in cap. hoc consultissimo. de rebus ecclesiæ non alien. lib. sexto. in nouella. licèt alii contradixerunt, tamen contrarium puto, quia locatio ad modicum tempus non est tanti præiudicii, sicut alienatio perpetua; & ideo puto probabiliter dicendum, quòd quando interuenit autoritas superioris mero iure transeat in successorem. argumen. dicti cap. ueniens. de transact. tamen poterit successor petere in integrum restitutionem, & hęc sola erit causa iusta, quòd contractus propter dictam autoritatẽ factus, est transmissibilis non existente aliqua euidenti utilitate ecclesiæ. & ita intelligo istam materiam ¶ His igitur peroratis, quæ sunt necessaria ad casum nostrum; dico quòd cùm in prima locatione facta per abbatem & conuentum non interuenerit autoritas uel confirmatio superioris abbatis qui habet in hoc apostolicam autoritatem. iuxta not. per Innocen. in cap. statutum. de transact. & per glo. in clem. monasteriorum. de rebus ecclesi. non alie. finita fuit ipso iure mortuo dicto abbate, qui non potuit ultra tempus suum locare, nec per seipsum obligare successorem p glo. c. 2. de præca. & per cap. de cætero. de transact. cum aliis ĩ. allegatis, maximè cùm ista pecunia ante recepta non appareat conuersa in utilitatem ecclesiæ, & sic nec directè nec per indirectum cogitur iste successor stare colono; non enim apparet in quem usum necessarium illa pecunia propius recepta fuerit conuersa, nec extant aliquæ præsumptiones, ex quibus debeamus hoc dicere. iuxta l. fina. ff. de exerci. 4 ¶ † Nec obstat quod uot. Innoc. in cap. grauis. de deposi. ubi dicit quòd excepto mutuo & deposito. non cogitur quis ostendere, quòd in utilitatem ecclesiæ pecunia sit conuersa. Nam uerum est de directo. Sed præsum. aliquæ debent saltem esse quòd ita sit, quod hic non sunt. ¶ Præterea illud dictum est verum, quando contractus fit ab habente potestatem contrahendi; sed quando fit ab eo qui non habet potestatem contrahendi, tunc non tenetur ecclesia, nisi probetur uerè & de directo fuisse pecuniam conuersam in utilitatem ecclesiæ [c].

¶ Item quòd utilitas sit perpetua. Item quòd duret uersa. ita no. Innocen. in c. q quibusdam. de fideiusso. circa finem. ¶ In proposito igitur ille abbas habuit potestatem locandi & pensionem recipiendi pro tempore uitæ suæ. Sed pro tempore successoris non. ¶ Quatenus ergo percipit pro tempore successoris seu currente post eius mortem, dico quòd tanquam perceptum a non habente potestatem, non potest dici uersum in utilitatem dicti monasterii, nisi verè probetur. per Innocen. & alios modernos in d. ca. q quibusdam. ¶ Præterea quod plus est, potius est præsumẽdum in contrarium, scilicet q ille abbas perceperit illam pecuniam in fraudem & damnum successoris, ex quo uoluit præuenire in recipiendo pecuniam pro toto tempore ab ipso initio contra solitũ morem, si alia iusta causa non appareat. argum. ad hoc optimum. ff. loca. l. & hæc distinctio. §. cum fundus. & quod not. in l. penult. ff. de usufru. leg. per glo. facit. l. filiæ. sol. mat. & quod habetur in c. si. de renun. lib. 6. & per Bar. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. & quod not. in l. sub condi. ff. de condi. insti. ¶ Concluditur ergo, quòd cùm dicta locatio esset ipso iure finita per mortem abbatis locantis, non præstabat iustam causam detinendi tempore præcepti intelligendo iustam causam quo ad ueritatem iustitię, non quo ad opi. 5 ¶ † Præterea posito quòd ipso iure non fuisset finita,

a ¶ Ostensa. uide tamẽ Bar. in l. de pupillo. § q procu. in j. op. & clarius in no. de ope. no. nun. ubi dicit hoc esse uerum, qñ instrũm ostẽdatur in publica forma in iudicio, & detur copia ut deliberari possit, nã si postea nulla causa allegetur, iusta q instrũm, licet instrũm negetur uerũ, non obstat, imo releuat procuratorẽ uñdentem ia le instrũm ab omni satisdatione de rato, perinde ac si ipse dñs talẽ actum faceret, secus nec ro ex sola ostensione instrũ extra iudicial qs ibi nõ reddit ius certum, si negetur instrũm uerũ, quia multa cõtra instrũm obiici possunt.

b ¶ Tẽpus. Et nũquid ad longum tẽpus, uide Ale. in consil. 63. p totum. in 1. par. & in cõsil 79. in 4. col. ea. par.

c ¶ Vtilitatẽ ecclesiæ. Et quo & qualiter probari debeat, uide Alex. in consil. 4. in 3. col. in 3. par. & ad de Corn. in consi. 71. in cip. q non ualeat. nu. 2. in 3. par.

finita, sed requireretur declaratio voluntatis successoris, ꝙ tamẽ puto falsum per ea quæ dicta sunt, tñ adhuc idem est, quia satis vr̃ declarasse intentionem suam successor, ex quo alteri locauit. Nã ex quo uoluit ꝙ iste secundus hr̃et, per cõns uoluit ꝙ primus non haberet. ar. ff. de procu. l. pomponius. §. 2. in fin. maximè quia magis vr̃ habere affectionem ad locationem factam per eum, quàm ad factam per antecessorem. ar. eius qđ not. in l. iu. in prima charta. ff. de legati. l. de quibus. imo plus est facto declarare quàm uerbo. extra de ap. c. dilecti. & c. audiam. cum igitur tempore tenutæ datæ & etiam percepti uoluntas prædicta successoris erat declarata in rei ueritate, ꝙ nolebat stare primæ locationi per secundam locationem ab eo factam, constat ꝙ uel prima locatio erat finita ipso iure per mortem locantis, quod est uerius ut dictum est, uel fuit finita per secundam locationem, & sic tempore percepti non habebat primus conductor iustam causam detinendi, licet crederet se hinc ex aliqua iusta causa, & sic sequitur ꝙ licèt posset excusari a pœna statuti contra non disgomberantes infra decem dies; non tamen debet obtinere in causa percepti, quia potentiua est 6 ius secundi conductoris, quàm primi. ¶ † Non ob. his quæ dicta sunt. c. 2. de solu. quia uerum est, ꝙ successor tenetur ad debita prædecessoris pro ecclesiæ utilitate contracta, ut ibi. non tamen sequitur ꝙ dispositio seu cõtractus facti super rebus ecclesiasticis trãseant in successores, nisi secundum ea quæ dicta sunt. Isti. n. sunt casus diuersi. ¶ Item non ob. quod no. in glo. 16. q. j. c. possessio- 7 nes. † Nam uerum est, ꝙ prælatus ecclesiæ sine consensu superioris potest concedere rem ecclesiæ ad modicum tempus. s. quousque ipse uiuat. & ualet contractus, ut in illa gl. secus si concede- a ret in perpetuum vel ad magnum tempus, quia tunc ipso iure nõ ualet ab ipso initio, & in hoc est differentia inter concessionem perpetuam & temporalem, quia prima est nulla ab ipso initio, facit quòd no. per Bar. in auth. qui rem. C. de sa. san. ec. circa fi. secunda uerò ualet ab initio & durat in uita prælati concedentis. Et ita intelligitur d. gl. Sed si quæritur an transeat in successorem. dicendum est ut dixi s̃. eo. modo. Respondeo ad cle. monasteriorum. in fin. ꝙ prædicta locum habet quantum ad locationem illam fa- 8 ctam per abbatem diffinitiuam s̃. † Quantum uerò ad illam quæ facta fuit mortuo abbate per conuentum & abbatem superiorẽ, vr̃ res minus dubia hic. quia cùm negotia conuentus & prælati regularis ut plurimum sint cõia, non potest uacante monasterio conuentus aliquem contractum facere super bonis cõibus; quia quod omnes tangit &c. c. ad hæc. in fi. de off. arch. sed debet expectari, ꝙ successor creetur, si de proximo uerisimile est quòd detur. ar. ff. de iudi. l. si longe. & quod ibi no. uel si nimis differatur, debet creari defensor, qui unà cum conuentu contrahat. arg. ff. de cur. bo. dan. per totum. & ita no. Inn. in c. j. ne sede uac. & est text. in c. j. de re. ec. non alie. li. 6. quod in casu nostro factum non fuit, & sic quod gestum fuit vr̃ inualidum, ut d. c. j. posito autem quod ualeat, tñ durat solum monasterio uacante, sed creato successore expirat, per ea quæ dicta sunt. Nec ob. ꝙ interuenit hic aucto. superioris. nam ipse non interuenit per modum præstantis autoritatem, sed per modum prælati principaliter disponentis, vñ cum dispositio singularium monasteriorum principaliter non pertineat ad eum, sed ad singulares prælatos & abbates eorum. iuxta no. de iud. c. cum deputati. per Inn. sequitur ꝙ non interuenientibus singularibus prælatis uel aliis tenentibus eorum locũ ut sunt defensores, non ualet quod ab illo generali prælato factum est.

S V M M A R I A.

1. *Rescriptio generalis papæ facta ad supplicata generaliter debet intelligi, ut comprehendat priuilegiatos, si mentio de eis in supplicatione facta sit, nec ex eo, ꝙ in aliqua parte rescriptionis fiat mentio de aliquo ordine habente priuilegium super nunciis & procurationibus, intelligitur tali priuilegio derogatum, sed tantum rescriptum quantum supplicatum.*
2. *Mens papæ colligitur ex præfatione eius.*
3. *Verba licet ad immediatè præcedentia debeant referri, tamen ad alia præcedentia in quibus, maior iuris ratio, referri possunt.*
4. *Rescriptum continens ius commune faciens mentionem de priuilegio habente clausulam derogatoriam illud non tollit, & talis interpretatio est fienda.*
5. *Intellectus ad c. cum ord. nem. de rescr.*
6. *Clausula, ꝙ sublata sint omnia priuilegia in contrarium sub quacunque forma uerborum concepta, non intelligitur sublatum priuilegium in quo est clausula, ꝙ illi non intelligatur derogatum nisi sint expressa nomina omnium monasteriorum suorum, ut habent cartusienses.*
7. *Iurisdictionem extendi ut de persona ad personam.*
Papa si scribit. ꝙ alias priuilegiatus tractatur ad onera ut alii clerici, intelligitur ꝙ cogi possit per iudicem cleri.

CONSILIVM III.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Quoniam additione non indiget plenitudo. 96. di. c. bene quidem. post tam plenam discussionem & examinationem factam per eximium decretorum doctorem do. Lau. pauca restant ad confirmationem dictorũ suorum, aliquid addam. ¶ Et primò circa primum dubium considero, ꝙ rescriptum domini Bonifacii directum archiepiscopo Ia- 1 nu. uoluit tria. ¶ † Primum, ꝙ bona ordinis cartusiensis describerentur in libro, sicut bona aliorum ordinum. quod patet, quia in petitione seu narratione facta pro parte cleri, fiebat expressè mẽtio de dicto ordine, ꝙ recusabant soluere & contribuere cũ aliis, & quia ex hoc insurgebant querelæ, ideo petitum fuit de salubri remedio prouideri. Sequitur ergo ꝙ rescriptio generalis seu prouisio facta per papam cum omnibus conuocatis, debeat fieri descriptio bonorum &c. Intelligenda est etiam de ordine cartusien. & eius bonis; quia talis debet esse uel intelligi generalis uel indeterminata responsio, qualis præcessit interrogatio uel petitio ut ff. de interrog. actio. l. si defensor. §. qui interrogatus. facit quod no. Cy. C. commo. l. pen. in penul. col. & per Bar. in l. si is qui. §. utrum. ff. de reb. dubiis. ¶ Potuerunt ergo bona ipsius ordinis describi, nec ex ista parte bullæ uel rescripti derogatum fuit alicui priuilegio dicti ordinis concesso ab vrbano, quia illud loquitur quantum ad onus soluendum pro nunciis & legatis. Hic uerò quantum ad facultatem describendam, quia casus sunt diuersi. igitur &c. ad. ff. de calum. l. pe. ff. de don. inter ui. & ux. l. si maritus. ff. ad carb. l. de bonis. in prin. benè in hoc dixit præfatus dom. Lau. ¶ Secundum quod uoluit d. rescriptum, est ꝙ omnes soluerent pro rata eis contingente oneribus occurrentibus, & sic etiã dictus ordo cartusiæ, quod patet. Nam in narratione prædicta dicitur, ꝙ recusabant soluere & petitum fuit prouideri. Igitur papæ prouisio super hoc intelligitur facta, ꝙ soluant per dicta superiua, & quia talia sunt subiecta, qualia prædicta demonstrant. ff. de 2 uino tri. & oleo leg. l. fi. §. cui dulcia. ¶ † Item patet in præfatione facta per papam dum dicit. nos igitur attendentes ꝙ onera pro facultatibus &c. ex qua præfatione colligitur eius mens, ꝙ uoluit fratres dicti ordinis sustinere dicta onera unà cum aliis. ar. l. fin. 3 ff. de hære. inst. cum si. ¶ † Item patet circa fi. ibi. certam & rationabilem æstimationem iudicis. secundum quam in procurationibus seu prouisionibus soluant &c. quæ uerba licet ad ordinem mendicantium, de quibus immediatè fecerat mentionem, uidebatur referri, tamen etiam ad alios, de quibus præmiserat in quibus erat maior ratio, referuntur. arg. extra de ap. c. secundo requiris. 3 ¶ † Et aduertendũ, ꝙ papa uult ꝙ soluant & contribuant in procurationibus legatorum apostolicorum & nunciorum, a quibus dictus ordo cartusiæ per priuileg. vrbani erat immunis. Vnde cũ de dicto ordine facta fuerit specialis mentio in dicto rescripto de dictis procurationibus legatorum & nunciorum apostolicorũ videtur ex hoc solo sublatum priuilegium dicti ordinis per vrbanum concessum, ut in c. cum ordinem. de rescri. Contrarium dico, ꝙ ea sola parte rescripti sicut nec ea præcedenti derogatum est dicto priuilegio habenti clausulam derogatoriam, & hoc p3 quia dictum rescriptum est de iustitia & continet ius commune, igitur non tollit priuilegium, nisi de ipso faciat expressam mentionem. C. de iusti. co. confir. l. j. §. si quæ uero pragmaticæ. de rescri. c. j & ibi no. per gl. ¶ † Inquantum verò d. rescriptum loquitur de dictis procurationibus legatorum, debet intelligi & referri quo ad alios ordines non habentes super eis priuilegium. & inquantum facit mentionem de dicto ordine cartusiæ debet intelligi ut soluat, in quibus non est priuilegiatus. ¶ Nec obstat cap. cum ordinem. ubi uidetur, ꝙ sufficit fieri mentionem de ordine tantum, quia illud c. diuersimode intelligitur. Nam secundum aliquos ille ordo habebat priuilegium, ne cogeretur ad decimas per rescriptum, nisi de ipsius ordine faceret mentionem. vnde sufficit sola mentio ordinis. Sed in casu nostro habet priuilegium, ne cogatur nisi fiat mentio de omnibus locis ipsius ordinis, quod est plus. ¶ Præterea hoc rescriptum potest taliter intelligi, quod non derogat priuilegio, ut supra ostendi. igitur &c. argu-

a ¶ Ia perpatuum. Non qaid ãt res eccl. in perpetuum sine licentia superioris locari possit & qualiter, uide Ale. in cõs. 72. in 8. co. in 1. par. Et adde ꝙ res alienari dẽ si ad longũ tpa locat. ut p Cor. in cõs. 262. incip. licet. nu. 4. in 3. part. & ad I. di. uide ẽt Bal. in cõs. 327. in 4. par.

men. C. de inoffic. testamen. l. si qñ. & l. 1. si aduersus dotem. cum si. ¶ Concludo ergo, ꝙ ex hac sola secunda parte rescripti, per quam uoluit omnes ordines teneri ad soluendum in procurationibus legatorum & aliis oneribus, non est derogatum d. priuilegio, imo quantum ad ordinem cartusiæ debet intelligi quo ad illa onera, in quibus non habebat priuilegium. & in hoc etiam sine dubio bene dixit idem egregius doct. D. Lauren. ¶ 5 † Est & tertium quod uoluit d. rescriptum, vẓ ꝙ sublata essent omnia priuilegia in contrarium loquentia sub quacunque forma verborũ, & in hoc est maior dubitatio an per hanc clausulam sit derogatũ d. priuilegio. ¶ Et uidetur ꝙ sic. Nam hæc clausula, non obstantium. debet referri ad omnia superiora tam ad actum præscriptionis, quam ad actum soluendi; & sic uoluit, ꝙ omnia priuilegia cõcessa de non soluendo illa, de quibus fecerit mentionem, scilicet procurationes legatorum &c. essent sublata. si sic est, sequitur ꝙ quantumcunque in dicto priuilegio sint fortes & difficiles clausulæ, tamen sit sublatum, licèt de omnibus locis dicti ordinis non sit facta mentio in d. rescripto. ¶ Et hoc primò per rationem, quam ponit Fede. de Sen. in consi. 46. circa fi. vẓ ꝙ cùm papa nõ possit sibi uel successori legem imponere a qua non liceat recedere, si diceremus ꝙ oporteat facere mentionem de omnibus nominibus monasteriorum dicti ordinis, de quibus cauetur in d. priuilegio vrbani, sequitur quòd cum hoc sit difficile nimis habere nomina omnium monasteriorum, sublata esset potestas papæ saltẽ per indirectum reuocandi dictum priuilegium, quod non est dicendum, sicut dicemus quòd quis non potest sibi etiam per indirectum auferre liberam testamenti factionem donando omnia bona pręsentia & futura. c. 1. de pac. ¶ Ne igitur hoc sequatur, dicendum uidetur ꝙ ad reuocationem dicti priuilegii non requiratur expressa mentio omnium monasteriorum, licèt in eo sic caueatur, sed sufficiat generalis reuocatio omnium priuilegiorum sub quacunque forma uerborum. per clem. j. in fin. de sepul. cum aliis alleg. per Fede. in d. consi. ¶ Ad idem facit determinatio gl. in l. si quis. in prin. testa. de lega. 3. in uersi. nemo. & seq. quòd licèt in primo testamento ponatur clausula, quòd non possit reuocari per secundum nisi tali solennitate adhibita etiam si in secundo sint uerba derogatoria illius clausulæ, quod nihilominus reuocabitur per secundum, licèt uerba derogatoria primi non sint singulariter expressa. sic & in proposito cum in priuilegio dicti ordinis sit apposita clausula, quod non tollatur per alia rescripta nisi faciant mentionem omnium monasteriorum &c. hoc non nocebit, quominus tolli possit etiam si de illis non fiat mentio, sed sufficere debet mentio gñalis omnium priuilegiorum sub quacunq. forma verborum concessorum. & ita forte intellexit primus consulens. ¶ His tñ non obst. teneo cum d. Lau. ꝙ non sit sublatum hac rõne. Nam quando prima dispõ continet uerba derogatoria, non tollitur per secundam, nisi de ipsa facta fuerit specialis mentio in secunda. ut in l. si quis. in prin. testa. ff. de le. 3. Ad propositum priuilegium cartusiensium continet uerba derogatoria, & in hoc rescripto non fuit de illo facta mentio, cùm in secondo dr̃ non obstantibus quibuscunque priuilegiis sub quacunque forma uerborum concessis. hic enim sit mentio de priuilegiis, non autẽ de verbis derogatoriis in genere uel in spẽ, ideo non sufficit. & ita fuit in casu nostro. Sed mentio specialis diceretur, si dictũ fuisset non obstantibus aliis priuilegiis & quibuscunque uerbis derogatoriis in eis appositis; ista enim sufficeret, & ita loquuntur ea quæ supra allegata sunt, sed in casu isto de uerbis derogatoriis nulla fuit mentio facta. igitur &c. Tertio modo potest fieri mentio specifica & singularis, puta in casu nostro, si in isto rescripto fuissent expressa nomina omnium monasteriorum dicti ordinis, & ista non requiritur, licèt in illo priuilegio sic dicatur, ne resultet absurditas de qua præmisi, vẓ ꝙ propter difficultatem exprimendi uideantur manus papæ ligatæ, & ablata potestas illud priuilegium reuocandi. ¶ Tripliciter ergo potest fieri mentio. s. generaliter, & ista non sufficit quando præcedunt uerba derogatoria. & ita fuit in casu nostro. ¶ Item specialiter. s. faciendo mẽtionem de uerbis derogatoriis in genere, & ista sufficit, non tamẽ facta fuit in casu nostro. ¶ Tertio singulariter faciendo mentionẽ de omnibus locis, prout ibi dicitur, & ista non fuit necessaria.

¶ Nec obst. prædictis clem. 1. de sepul. quia ibi loquitur cum secunda dispositio facta fuerit per modum legis generalis. unde cũ sit fauorabilis & motu proprio fiat largius interpretanda est, ut sufficiat generalis mentio, secus in his quæ fiunt ad postulationem alterius. arg. eorum quæ no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. ¶ Ex prædicta uidentur determinari per Cy. C. quãdo imperator in pu. & uidu. l. unica. ubi uidetur casum nostrum determinare. ad idem quod not. Fede. in consi. 225. & quod habetur de exces. præla. c. 1. lib. 6. in nouella. de do. & contu. c. 2. de confir. uti. cap. bonæ. ¶ Ex prædictis remanet primum dubium solutum, quod cartusienses non tenentur uigore dicti rescripti ad onera procurationum legatorum & nunciorum aliter, quã priuatenerentur, cùm eorum priuilegium non sit reuocatum per rescriptum. ¶ Quantum ad secundum dubium respondeo, ꝙ cartusiẽ. tenentur ad alia onera & expensas, a quibus non sunt exempti secundũ ęstimationẽ & descriptionem factã in d. libris de bonis eorum, dummodo sint onera necessaria toti clericatui imposita per superiorem uel alio modo, si uerò essent onera uoluntaria, quæ sibiipsi ordinasset clerus puta pro faciendo unum festum quolibet anno, tunc ordo cartusiæ, qui in hoc nunquam consentisset, non teneretur, quia alteri per alterum &c ff. de regu. iur. l. non debet. de pact. l. si unum. §. ante omnia. cum si. & quod not. in c. cum omnes. de consti. in glo. ¶ 6 † Quantum ad tertium dubium dico certum esse, quòd uigore exemptionis factæ per do. Bonifacium de ordine cartusiæ a iurisditione omnium ordinariorum non potest dictus ordo dicere se exemptum a potestate dictorum capitaneorum, tum quia papa intellexit de ordinariis iuris ut sunt episcopi & alii ecclesiarum prelati. de off. or. cum ad ecclesiarum. nõ de istis qui potius dicunt ordinarii facti ad executionem; unde ab eis nõ cadit exemptio. ¶ Sed si quæramus, an ex alia causa possent declinare potestatem eorum. Videtur ꝙ sic, quia dicti capitanei habent ex consuetudine potestatem eorum, igitur non extenditur ad alios quam eos, in quos eam exercuerunt. iuxta not. per Inn. in c. dilect. de capel. mo. & per Cy. in l. j circa fi. de emãn. lib. Sed ibi cartusienses nunquam exercuerunt, ut ponitur in pũcto, igitur &c. In contrarium facit quod idem no. Inn. in c. fin. de offi. arch. ubi uidetur dicere, ꝙ quo ad actum iuris consuetudo extenditur de persona ad personam. Breuiter puto, ꝙ cũ in onerib. ad quæ dictus ordo tenetur, intentio Papæ fuit fratres dicti ordinis exequare aliis quo ad descripti. bonorum, & quo ad hoc ut compellerentur soluere, secũdum ea quæ dicta sunt, similiter credendum est, ꝙ uoluerit eos exequare quo ad subiectionem & cõpulsionem dictorum capitaneorum, sine qua non posset deueniri ad solutionem, quia qui uult unum, uult & alium sine quo ad illud non peruenitur. ff. de acq. hære. l. illud. & l. nec is. §. hæres. & de iuris. om. iud. l. 2. de procu. ad rem mobilem. & l. ad legatum. Frustra enim Bonifacius uoluisset, ꝙ bona eorum describerentur & cogerentur soluere nisi etiam uoluisset ꝙ dicti capitanei eos cogerent cum alium superiorem non habeant; unde dispendiosum esset ad papam in omni casu recurrere. per consequens credendum est, ꝙ circa hoc uoluerit laudabilem consuetudinem cleri obseruari, ut sumptus euitentur. ar. C. de anno. tribu. l. pro locis. & mediterraneæ. & quod ibi not. & ut ipsius prouisio non esset clusoria. ff. ne quid in loco publico. l. fi. esset enim nisi essent q. eam executioni mandarent. l. 2. §. post originem. de iusti. & iure. ff. ¶ Concludo ergo, ꝙ fratres dicti ordinis subsunt dictis capitaneis quantum ad alia onera, quæ subire tenentur non ratione cõsuetudinis tantum, quia illa non extenditur de persona ad personam, ut s̃. dixi. sed ex tacita uoluntate papæ, qui sicut uoluit bona eorum describi & eos teneri ad soluendum in casibus in quibus non habent priuileg. uidetur etiam uoluisse quod cogi possint ꝑ illos per quos alii coguntur, ut sic idem clerus diuerso iure non censeatur in hoc, cùm in aliis eodem iure censeantur in hoc mixtura. extra de deci. c. cum in tua. & in iuribus allegatis per præfatum d. Lauren.

SVMMARIA.

1. *Alienationes perpetuæ possunt expleri per duas partes præsentium consentientium.*
2. *Absentes uocantur solum in tribus ca[illegible]bus, de quibus hic.*
3. *Locatio facta ad nouennium non dicitur facta ad longum tempus, nec ad non modicum.*
4. *Locatio ita finitur per locationem sicut per mortem.*
   Scriptura non requiritur a[illegible] esse [illegible].
5. *Ratificat o reponit illum cui est res locata in quo erat ante resignationem rei locatæ, & fingitur noua locatio.*

6 *Conductores primi semper sunt præferendi alijs eodem pretio.*
7 *Mandatum habens ad unum potest aliud facere, in quo est maior ratio, unde habens mandatum ad locandum potest primos conductores confirmare.*

CONSILIVM IIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶Circa primum dubium de quo dubitatur, respondeo quod ex quo fuerunt præsentes duæ partes fratrum imo, & consentientes, vt dr in instro syndicatus, hoc sufficit, nec necesse est vocare absentes. 1 † Nam in perpetuis alienationibus non est necesse vocare absentes,[a] si duæ partes sunt præsentes, & maior pars illarum duarum partium consentiat, vt no. C. de sacrosan. eccle. Auth. hoc ius porrectum. per gl. & doct. & in c. si. de maio. & obe. fortius in simplici locatione, & 2 etiam qñ ipsæ duæ partes cõsentiunt, vt fuit i casu nostro. ¶† In tribus enim tantum est necesse vocari absentes. s. in causa electionis. ¶Item in receptione in canonicum. ¶Item in cessatione a diuinis, in alijs non est necesse, si duæ partes sunt præsentes, vt 3 no. gl. in c. præsentium. de test. li. vj. super verbo ipsorũ. ¶† Ad secundum verò dico, quod locatio facta ad nouem annos non dicitur ad longum tempus vel ad non modicum, imo dicitur ad modicum, & sic non continetur sub nomine perpetuæ alienationis[b] nec est prohibita, tunc autem dicitur ad longum vel ad non modicum, quando fit ad x. ann. vel ultra, quod dicitur longum tempus. C. de præscri. longi tempo. in rubro & nigro. & per totum. ff. de fideicom. §. aristo. & ita tenent cõiter[c] doctores vtriusq; iuris, vt no. per gl. & Bar. in l. j. §. quod aũt. ff. de superfi. & per Bal. in l. iubemus. C. de sacro sanc. eccl. per glo. & alios canonistas in cle. monasteriorũ. de reb. eccle. non alien. ¶Ex his infertur ad tertium dubium. Videlicet quod i sydicatu. 7. primo loco descripto facto in personam fratris Thomasij & fratris Petri venit ista locatio facta ad nouem annos tanquam facta ad non magnum tempus. Patet etiam quòd locatio facta Rosso per dictos syndicos non potest ex dictis capitulis impugnari, vel dici finita. ¶Est idẽ per omnia dicendum de locatione facta per dictum Russum Giãnozo Gianfiglazi & Martino ser Gini. 4 ¶† Sed ex alio capite dici dictas locationes fore finitas per resignationem domini Antonij hospitalarij, sicut finitæ fuissent per eius mortem, nec successor cogeretur vel cogitur stare locationi,[d] quia dominus Antonius nec locare potuit, nec mandare quod locaretur vltra tempus suæ administrationis. arg. ff. de pœ. l. fin. de postu. l. puto. §. fi. & ita no. in cap. fin. ne præla. vices suas. & videtur casus in c. j. de preca. nisi interuenisset autoritas superioris, quæ contractum tẽporalem reddit perpetuum vt in c. veniens. & in ca. decætero. de transact. quæ hic non fuit. ¶Breuiter licet ista sint uera de iure communi in casu nostro non habent obstare, quia vt ponitur in puncto, Tebaldus syndicus domini Antonij de pinis successoris habens simile mandatum ad locandum bona hospitalis cuicunq; personæ sibi placeret ratificauit & approbauit dictas locationes factas Rossu & per Rossum Giãnozo eo modo & forma, quibus factæ erant, & etiam de nouo fecit, vt patet ex articulis deductis per dictum Giannozum & ex attestationibus receptis super eis, quæ bene videntur concludere. Nec nocet, quòd inde non fuerit confectum instrumentum, ex quo per testes probatur, quia res contractos non geritur in instrumentis vel ex instrumentis, sed voluntate partium instrumenta fiunt ad probationem rei gestæ, vnde licet deficiat potest res gesta per testes probari. C. de proba. l. cum res. & l. proprietatis. de fideiuss. l. j. & l. sicut iniquanũ. 5 ¶† Posito igitur, quod dictę locationes fuissent finitæ per dictã resignationem, tamen fuerunt renouatæ per dictam ratificationem tanq̃ ex noua & recenti voluntate. arg. ff. loca. l. item quæritur. §. qui impleto. de bono. pos. sm tab. l. qui ex liberis. §. testamento. ibi dum dicit. voluntas quæ defecerat iudicio recenti dedisse videtur &c. & de nouo. ff. de precar. l. in rebus. §. fina. facit de lega. tertio. l. j. §. j. ibi dum dicit. quasi nunc date. ¶Ex his potest responderi ad illud quod posset obijci, videlicet quòd ille Tebaldus habebat mandatum ad locationes faciendas de nouo, nõ autem ad ratificandum veterem, igitur &c. cum fines mandati sint custodiendi. ff. mandati. l. diligenter. ¶Nam respondetur, quòd ista ratificatio dicitur noua locatio, si prima fuit ipso iure finita per remotionem domini Antonij ab administratore.

6 ¶† Prærerea si dictus Tebaldus virtute sui mandati poterat locare alijs multo fortius primis locatoribus, quia isti sunt præferendi, quando non minus offerunt, quam alij, imo videtur, quòd tunc non possit res eis auferri. C. de locatione prædiorum ciuilium. l. congruit. & l. fina. circa fin. in quibus videtur casus. 7 ¶† Nam habens mandatum ad vnum potest etiam facere aliud, in quo sit maior ratio, & in quo conditio domini non deterioratur. ff. de acquiren. hæredita. l. si quis mihi bona. §. iussus. ¶Item non obst. si dicatur, quòd non apparet istum Tebaldum habuisse plenam notitiam de pactis & conditionibus primæ locationis, igitur eius ratificatio non tenet, argu. C. plus valet. quod agitur l. fina. ¶Nam quòd apparet ex dictis testium vt ipse ratificauit cum omnibus pactis conditionibus & modis, quibus facta erat, & sic perinde est ac omnia sciuisset. argum. ff. de testamen. mili. l. qui iure militari. Ad prædictorum confirmationem facit consuetudo, quæ allegatur in puncto, in quo dicitur quòd ille Rossus tenuit illa bona longis temporibus in locationem, & quod nullus hospitalarius vnquam venit contra pẽdente termino nouem annorum. Nam ea quæ consueta sunt, debent seruari. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. qui assidua. de aqua pluu. arc. si prius. §. recte. ¶Concluditur ergo dictum Giannozum in dictis pasturis fore pręferẽdum ei cui dominus Antonius nouus rector locauit post ratificationem factam per dictum Tebaldum de prima locatione, quia non potuit idem Dominus Antonius rescindere primam locationem factam suo mandato. argo. ad hoc. ff. mands. l. si mandassem. & sic primos est præferendus. argu. ff. locat. l. in operis.

[a] ¶ Absentes. Vide Bal. i cõs. 184. i 3. p. & Fel. in c. cũ oẽs. circa med. 13 col. de cõs.

[b] ¶ Alienatione. Vas d. Alex. de Imo. in cõ. 10. in 2. col. i j. pt. & in locatio rerũ eccle. vsq; vel p nouẽniũ no fieri possit. vide Bal. in cõs. 391. in v. pt. & do. Ale. & Im. cõsil. 68. p tot. in j. pt. & in cõsil. 72. in 8. col. e. pt. & in cõsi. 64 per to. in s. pt. & in cõs. j. in 3. col. in 3. parte.

[c] ¶ Et ita tenẽt cõiter. Adde Dec. in cõs. 214 inci. in cã. i j. vol. vbi & de tali locatione ad longũ tps. idẽ iudicatur qd de alienatione, vel uẽditione. Nã phibita alienatione vel venditione talis locatio vr phibita vt no. Bald. in authẽ. ei q. col. pe. ver. vlterius q̃ro. C. de bo. au. iud. pos. Et ideo si fit de uenditione facta per emphiteotam debet solui laudemiũ. l. fi. C. de iure emp. iui pariter de locatiõe facta ad lõg. tẽp. debet laudemiũ. vt cõcludit Ale in cõs. 161. inci. vi fis. col. 2. in 2. vol. & se fest & seqẽ Dec. in pal leg consil. H. F.

[d] ¶ Locationi. Adde eundẽ Pau. i. in consil. 2. p totũ. & qd ibidem dictũ fuit.

SVMMARIA.

1 *Implendum post aditam hæreditatem non potest dici factum conditionale, sed modale rationibus de quibus hic colligitur modus.*
2 *Conditio, & verba quando obliquantur ut seruetur mens testatoris.*
3 *Incapacitas quæ efficiatur in implenda conditione.*
4 *Hæredi non implendi conditionem cum incapax est legatarius legati, an imputari possit.*
5 *Spurio legari potest pro alimentis per patrem.*
6 *Spurii in legato etsi non sit dictum pro alimentis, inspicitur indigentia, ut si indiget, hæres mandatum testatoris implere teneatur, si non indiget, non implendo non incidit in pœnam.*
7 *Substitutio si sit facta uni, si decessit sine liberis, & deinde alia prædictis liberis descendentibus similiter sine liberis, an liberis non natis tempore mortis testatoris intelligatur facta substitutio.*
8 *Substitutio quando est facta per nomina collectiua requiratur mors omnium.*

CONSILIVM V.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶Quicquid dicatur veritas est, quòd institutio istius Eliæ & filiorum non redditur conditionalis ex illo onere emendi fundum, sed potius modalis. 1 † Nam illud quod venit complendum post emolumentum acquisitum, & sic post aditam hæreditem, non facit conditionem, sed modum, vt ff. de condi. & demon. l. cum tale. §. Titium & no. Bar. eo. tit. l. quibus diebus. §. termilius. ratio est euidens, quia cõditio implenda est, antequam possit adire. l. qui hæredi. §. fina. e. titu. Et si consistit in dando, implenda est de bonis hæredis. Nos autem loquitur in eo, quod est adimplendum post aditam hæreditatem & de bonis hæreditarijs, vnde impossibile est, quòd faciat conditionem, quia esset implicare contradictionem, sic est in casu nostro, quia testator legauit filio suo naturali. ccc. de quibus voluit emi fundum, & sic voluit quòd illa. ccc. soluerẽtur de bonis suis, necessarium ergo fuit quòd prius adiretur hæreditas, alias institutus non poterat de bonis hæreditarijs soluere. facit. l. si uerò non remun. §. fina. ff. mand. & quod not. in l. huiusmodi. in princip. de leg. j. & de leg. ij. l. Lucius. §. a te. cum igitur intẽtio testatoris fuerit, quòd hæres primò acquireret hæreditatem, deinde fundum de bonis hæreditatis emeret, patet quòd noluit institutionem facere conditionalem. ¶Præterea verba dicunt, quod ematur prędium per infrascriptum hæredem &c. & sic ista qualitas requiritur in emente, videlicet quòd sit hæres tempore quo emit, quia qualitas iuncta verbo debet adesse secundum tempus verbi. l. in delictis. §. extraneis. ff. de noa. facit. l. si in diem. in prin. de condi. & demon. de auro & argen. lega. l. 2. de testam. milit. l. Titius. Præterea testator dixit, quod dictus Elias institutus teneatur & debeat &c. infra duos annos &c. ex quo igitur voluit impetuum teneri, & si sic est, sequitur quod additio non suspenditur ex illo onere, & per consequens non facit eam conditionalem, quia tunc suspenderetur, nec posset adire antequam impleretur. facit d. l. qui hæredi. ¶Preterea in themate proponitur, quod

Elias decessit post aditam hæreditatem non empto prædio, igitur emptio prædij non habuit aditionem suspendere, quia tunc falsum esset, q decessisset post aditam hæreditatem non empto prædio. ¶ † Nec ob. illa verba testatoris sub dicta com. &c. quia exponuntur sub dicto modo vel onere. l. Mæuia de manum. test. ¶ Item non obst. q si non emeret, ipsum priuauit, & in illum casum instituit societatem, & sic cum verbum, instituit, sit directũ, videtur voluisse conferre priuationem ante aditam hæreditatem. Nam post aditam non potest directò priuari, nec in aliũ per priuationem hæreditatis directò conferri, vt no. Bar. in l. patet. in fi. ff. de hære. instit. & sic videtur illud onus suspendere aditionem. ¶ Nam dico illud verbum, instituit, debet obliquari, vt saluentur illa verba, & mens testatoria, de quibus. s. dixi. l. ex facto. in prin. & l. Scæuola. ff. ad Treb. ¶ † Ex quibus concludo pluribus alijs omissis, q fundamentũ illud, videlicet q quomodocunq; ille illegitimus filius sit incapax, tamen prædium erat emendum, quia talis incapacitas non inspicitur in implemento conditionis in. l. Mæuium. de condi. & demon. quoniam procederet, si istud onus debuisset impleri ante aditam hæreditatem, quia fuisset per modum conditionis appositum, sed quia hoc non est sic, ideo tale fundamentum non placet. Nec etiam placet aliud, videlicet quod emi debuit vt posset peruenire ad societatem, in quam debebat peruenire, si ille decederet infra. xxv. annos, nam illum casum nõ substituit societatem sed infra scriptos hæredes, vt patet in themate. hoc autem erat etiam si non substituisset, quia pro non scripta remanent apud hæredem sine onere quando non fuit datus substitutus alius vel cõiunctus, hic autem neuter alius datus fuit, vnde ridiculum est dicere, q hæres debuit emere vt ad ipsum rediret. hoc enim non fuit necesse, præsupposito q ille sit incapax, cum totum apud hæredẽ remaneat ex legis dispositione. nescio ad quid illud sit dictum. tunc posset hoc procedere, si fuisset dictum, q illo moriente infra. xxv. annos perueniret fundus ad quendam tertium, vel ad societatem non existente hærede. ¶ † Sequitur ergo ex prædictis, q præsupposito q legatum. &c. & onus de emendo prædium, sit inutile ratione incapacitatis legatarij, nil potest imputari hæredi, cur non impleuit, & sic non incidit in pœnam priuationis per l. j. de his quę pœnæ no. & idem videtur, si esset inutile pro parte & pro parte valeret. nam non ea hoc incideret in pœnam, ex quo non tenebatur formaliter implere, licet enim alio modo teneretur lege disponente, si tamen non impleuit non incidit in pœnam. arg. l. multa. ff. de condit. & demon. & l. in testamento. ¶ Sed videamus an ita sit, quod inutile. ¶ † Super hoc aliàs in simili casu consultus dixi & dico, q filio etiã spurio potest pater relinquere alimenta vel fundũ ad alimenta, quousq; viuat. & hæc est cautela quam dat Bar. in l. fi. de his qui. vt indig. per c. cum haberet. de eo qui dux. in matri. quã pol. per adul. nam & seruus est capax talis legati. ff. de ali. lega. l. seruos. ¶ † Videndum est igitur, cum in casu nostro testator non expresserit, q relinqueret pro alimentis, an dictus filius esset talis q non indigebat alimentis, vt quia erat aliunde diues vel industriosus, quia tunc istud relictum non censeretur factum causa alimentorum, aliàs si indigebat, secus, quia præsumitur relictum factum secundum qualitatem & exigentiam personę, cui fit. arg. ff. de vso & hab. l. plenum. §. æquitij adde. de transact. l. cum hij. §. si in annos. Igitur si casus sit, quod propter qualitatem personæ filij legatum censeretur factum gratia alimentorum, dictus hæres debuit emere prædium, prout testator disposuit, quod permansurum fuisset apud filium quousq; viueret ad vsum & ad commodum eius, & postea rediisset ad hæredem. Si igitur hæres non fecit, tali casu potuit priuari hæreditate, & sic esset deuoluta ad ipsam societatem, non quidem ipso iure, nec directò, quia qui semel fuit hæres non potuit desinere esse hæres, sed iure fideicom. prout determinat Bart. in. l. paterfa. testamento. §. fin. ff. de hære. instit. & l. vxorem. §. hæres. de leg. iij. Hæres enim si de iure non potuerit implere mandatum testatoris faciendo dominium ipsius filij, saltem in eo modo quo potuit, implere debuit. ff. de cõdit. instit. l. mulier. t. scilicet emendo fundum ad vsum alimentorum, quia fieri potuit vt dixi. ¶ Eo vero casu, quo non censeretur relictum causa alimentorum, non incidisset hæres in pœnam ea hoc capite. ¶ Sed videndum est, an ex alio capite. s. substitutionis deuoluta sit hæreditas ad societatẽ. Et videtur, q non. ¶ † Pro cuius euidentia sciendum, q societas fuit dupliciter substituta. s. Eliæ instituto si decederet sine liberis. Item filijs dicti Eliæ, si & ipsi sine liberis decederent, & sic fuerunt duæ substitutiones diuersæ, & diuersis personis factæ. ¶ Quantum ad primam certum est, q illa expirauit, ex quo Eliæ decessit cum liberis. ff. de leg. t. l. filiusfamil. §. cum quis. sicq; dictus Elias hæreditatem, de qua agitur, transmisit ad suos liberos pro æquali portione, si decederet intestatus. ¶ Videndum est de secunda facta liberis Eliæ, & certè ista potest intelligi dupliciter facta. Vno modo q censeatur facta eo casu, quo dicti liberi seu filij Eliæ habuissent hæreditatem ex institutione de ipsis facta, quod fuisset si dictus Elias non vixisset tempore mortis testatoris, nam tunc filij Eliæ tunc nati erant instituti, & ipsis facta fuit dicta substitutio, si decederent sine liberis &c. hoc satis patet ex verbis testamenti, dum primò instituit dictos liberos Eliæ, si Elias non viuat, deinde dicit, q si dictus Elias vel dicti filij, quod potest intelligi sic, videlicet dictus Elias eo casu quo institutio de ipso facta locũ habeat, quia viuat tempore mortis, vel dicti filij, scilicet eo casu quo institutio de ipsis facta locum habeat, quia aliàs tempore mortis meæ non superuiuat, & ipsi filij sint iã nati, decesserint sine liberis &c. referendo singula singulis, & secundum hunc intellectum talis substitutio non habuit locum in casu isto. Nam cum Elias superuixerit testatori, & fuerit hæres, non habuit locum institutio facta de liberis eius vel per primã vulgaris substitutio, & per consequens nec substitutio fideicommiss. facta dictis liberis eo casu quo ex substitutione vel institutione prædicti haberent hæreditatem. ¶ Secundo modo potest intelligi dicta substitutio fideicommiss. facta liberis etiam eo casu, quo dicti liberi non habeant hæreditatem ea prædicta institutione vel substitutione vulgari, sed habeant alio modo ex dispositione legis præter voluntatem testatoris, sicut est in casu nostro. Nam cum Elias superuixerit, & habuerit hæreditatem expressa voluntate defuncti de reddendo postea & transmittendo ad liberos, non dicuntur liberi eius habere dictam hæreditatem ex voluntate defuncti, sed ex dispositione legis, si Elias decessit intestatus, vel ex dispositione ipsius Eliæ, si decessit testatus, vt no. in. l. Lucius. ff. de hæred. instituen. ¶ Tunc ad propositum si fuit intentio testatoris substituere dictam societatem dictis liberis Eliæ, eo casu quo contingeret eos habere suam hæreditatem ex eius dispositione & voluntate expressa, fortius eo casu quo haberent præter eius voluntatem & dispositionem, sicut est in casu nostro, vt l. Publius. §. Titius. ff. de condit. & demonst. ¶ Et si prædilexit societatem extraneis hæredibus dictorum filiorum, credendum est quòd qualitercunq; sua hæreditas deueniat ad dictos filios liberos Eliæ, dictus testator velit quòd post eorum mortem sine liberis magis deueniant sua bona ad dictam societatem, quàm ad extraneos hæredes liberorum. arg. eius quod not. Bart. in l. Gallus. §. nunc de lege. ver. etiã. de libe. & posthu. ¶ Tunc ergo dico sic præsupposito, quòd istis liberis Eliæ fuerit facta dicta substitutio isto casu, quo non habuerunt bona ex expressa voluntate defuncti. ¶ Item præsupposito quòd conditio istius substitutionis euenisset, quia omnes liberi Eliæ decessissent sine liberis, adhuc non videtur quòd hæreditas sit ad societatem deuoluta, quia dicta substitutio si facta fuerit, vel censcatur, non videtur valere, quia cùm liberi prædicti non habuerint bona primi testatoris ex eius dispositione tacita vel expressa, vt dictum est & probatur in l. Lucius. s. alleg. de hæredi. instit. non potuit eis fieri substitutio fideicommissaria, quæ est grauamen. l. si sic. ff. de lega. iij. coniuncta. l. cohæredis. §. cum filiæ. de vulg. substit. & sic ex nullo capite substitutionis videtur societas posse venire. ¶ Breuiter Bart. in d. l. sed si sic. de leg. iij. & in l. Centurio. de vulg. & pupil. determinat hoc vltimo casu contrarium, videlicet q siue dicamus substitutionem prædictam censeri factam primo instituto sub conditione si decesserit sine liberis vel eius liberi sine liberis, q præsumitur in dubio. l. codicillus. de vsufr. leg. siue dicamus, q fuerit facta ipsis liberis, nihilominus valet, quia cùm tunc testator ipsos liberos grauauerit per dictam substitutionem, videtur tacitè voluisse ad eos bona deuenire vt valeat substitutio. arg. ad hoc. l. deniq; §. interdum. de pecu. lega. & alio. de alimen. lega. ¶ Sequendo igitur istam opinionem esset dicendum, quòd dicta substitutio censeatur facta non solum filijs qui essent nati tempore mortis defuncti sed etiam omnibus alijs natis postea, ad quos aliquid de bonis dicti testatoris deuenerunt, & illa dictio, dicti eius filij, &c. non restingat

gat ſubſtitutionem ad illos tantum, quia erant nati tempore mortis, ſed referatur ad omnes, vt ſic non faciat propriam relationem, ſed ſimplicem, vt ibi dum dicit, mulier damnauit quæ ſaluauit. nam relatiuum, quæ, nõ refertur ad illam mulierem in ſpecie, quæ damnauit, ſed ad mulierem in genere, vt no. in l. Iulius. ff. de hære. inſti. ſic hic intelliguntur prædicti. ſ. filij omnes, non illi tantum qui eſſent nati tempore mortis, ideo enim dixit, prædicti, quia de filijs fecerat mẽtionẽ, & talis impropriatio fit interdum, vt ſaluetur mẽs teſtatoris, & tollatur abſurditas. l. eas cauſas. & ibi no. de condi. & demon. Eſſet aũt abſurditas dicere, quod in dubio magis illis quã iſtis videatur ſubſtituiſſe, cũ illo plus dixerit per d. l. publius. Dicamus ergo quod iſta ſubſtitutio facta de ſocietate cenſeatur & facta iſtis liberis Eliæ in caſu iſto, quo habent hæreditatem primi teſtatoris non ex expreſſa inſtitutione vel ſubſtitutione. Item ꝙ ex hoc cenſeantur habẽre ex tacita mente defuncti. Item quod dicta ſubſtitutio valet not. per Bar. vt ṡ. Item ꝙ cenſeatur facta omnibus filijs ſupradictis ſi deceſſerint ſine liberis. ¶ †Nunc eſt videndum an conditio dictæ ſubſtitutionis extiterit vel quatenus, & quatenus ſit ex ea deuoluta hæreditas ad ſocietatem. Et hoc ſi bene recolo alias conſultus dixi & dico ſic, quòd quantũ ad portiones ipſius Franciſci & gerij, qui primò deceſſerunt ſine liberis, non videtur extitiſſe cõditio, quia ſubſtitutio fuit facta cum expreſſione nominis collectiui. ſ. omnes, dixit. n. ꝙ ſi oẽs liberi &c. vt patet in themate. ſi enim verba teſtamenti ſic ſtant, tunc per mortem primorum decedentium ſine liberis non extitit caſus ſubſtõnis, cum ſupereſſent alij qui ex præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum excludebant, inter quos videtur voluiſſe reſeruare legitimã ſucceſſionem, vt l. pe. C. de impu. & alijs ſubſt. & operatur appoſitio illius dictionis, oẽs, quæ eſt collectiua, ſicut dictio, vterq; vel ambo. no. in l. ſi pluribus. de leg. ij. l. hoc articulo. ff. de hær. inſt. licet aũt illa. l. pe. de impu. & ali. ſubſti. loquatur in deſcendentibus, idem tñ eſt in illis trãſuerſalibus, in quos veriſimile eſt teſtõrẽ habuiſſe affectionem, & magis voluiſſe bona ſua remanere apud eos quouſq; aliquis eorum ſupereſſet, q̃ deuenire ad ſocietatẽ penitus extraneam. ar. l. cum acutiſſimi. C. de fideiuſ. portiones ergo eorum primò decedentium deuenerunt ad ſupſtites equaliter, ſi ab inteſtato deceſſerunt. ¶ Poſtea deceſſit Iacob. ſuperſtite filio & hoc dicendum, ꝙ in portione iſtius tam in illa quã originaliter habuit, q̃ in alijs quas habuit poſt mortem priorum, ſimiliter non habuit locũ ſubſtõ, quia deficit conditio, cũ deceſſerit cum liberis. reſtat nunc portio vltimi morientis. ſ. Vgolini, tam in illa quam originaliter habuit per mortẽ Eeliæ, quia erat quarta ſi erant quatuor filij, q̃ etiã in illis, quæ ad eum peruenerunt ab inteſtato per mortem priorum decedentium. iuxta ea quæ ſupradicta ſunt, in quibus omnibus dico ſubſtitutionẽ factã de dicta ſocietate locũ ſibi vendicare, quia conditio ſubſtõnis extitit; cum deceſſerit ſine liberis, & non ſuperſunt alij qui ex præſumpta voluntate defuncti excludant ſubſtõnẽ, ut eſt tex. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. Si ergo ſocietas vult venire ex capitẽ ſubſtõnis ad iſta bona, non video ꝙ poſſit niſi ad illa, quę erant apud d. Vgonem vel ex ſucceſſione patris vel fratrũ, non ad illa, quæ erant apud Iacob. decedentem cum filio. de illa vero filia fœmina Eliæ non videtur teſtator voluiſſe, ꝙ ſubſtitutũ excludat, cum ad ea non habuit affectionem, ſed ad maſculos tantũ. ¶ Cõcludo ergo primò ꝙ dicta ſocietas vult venire ad dicta bona ex primò capite priuationis propter moram hæredis commiſſum in non emendo prædium. ita demum poteſt, ſi illud relictum fuit, vel cenſeatur factum gratia alimentorum, ꝙ qualiter ſit ex qualitate legatarij præſumitur, vt ṡ. oſtendi. alias non poteſt cum legatum non valeat, nec onus & ſic non incurrit hæres pœnã ex non implendo voluntatem defuncti per ea quæ dicta ſunt in j. parte. Secundò concludo, ꝙ ſi ſocietas vult venire ex capite ſubſtitutionis, poteſt ſolum venire ad illa quæ reperta fuerant eſſe apud Vgonem tam ex ſucceſſione Eliæ, q̃ fratrum. ad illa verò q̃ eſſent apud dictam filiam fœminã ex ſucceſſione Eliæ vel apud illum Iacobum decedentem cum filio nõ poteſt. & ita recolo ꝙ alias in ſimili conſultus reſpondi, ſed nunc aliquãtulum plenius proteſtans, quod cũ apud me non remanſerit copia primi conſilij ex caſu, & ſic videre non potuerim, non intendo ab illis deuiare niſi quatenus alias in facto proponeretur.

S V M M A R I A.

1 Iudex quando tenetur ſequi conſilium ſapientis. & 2.

2 Conſilium ſapientis ſi ſit petitum vltra formam datam a ſtatuto, an poſſit iudex de conſenſu partium ſequi ipſum conſilium extra formam obtentum, & concludit ꝙ non.

CONSILIVM VI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ †Pro declaratione eius quod quæritur, ſciendum eſt ꝙ tres ſunt cauſæ petendi & concedendi conſilium ſapiẽtis. Nam interdum petitio & conceſſio conſilij ſapientis fit, & mittitur autoritate ſtatuti, interdum conſenſu partium, interdum neutro. Primum tunc habet locum, cum ſm formam & infra tempora ſtatuti. Et tunc habet quatuor effectus. Primus, quia iudex primò tenetur & neceſſitatur mittere propter mandatum ſtatuti, quia quod præcipit imperator, neceſſe eſt fieri, vt dicunt canones. Secundus effectus eſt, quia ſi nõ mittit, poteſt puniri, & tenetur parti ad intereſſe. Tertius eſt, quia ſi mittit, tenetur ſequi conſiliũ. Quartus eſt, quia ſi ſequitur, excuſatur, etiam ſi malum ſit conſiliũ, ne decipiatur auctoritate legis. ff. commoda. l. ſi in cõmodato. §. ſicut, in fin. C. de his qui ve. æta. impetra. l. j. & in cle. j. de rerum permu. poteſt tamen a ſentẽtia lata ſecundũ tale conſiliũ appellari. [a] C. de appella. l. j. & ibi no. ¶ †Secundo uero caſu quando mittitur, & fit ſolo conſenſu partium, puta ſi ſtatutũ de hoc non diſponit, ſed tantũ, partes conſentiunt, tunc videndum eſt qualiter. Nã ſi conſentiunt quòd iudex requirat conſilium ſapientis dũtaxat, tunc iudex nõ tenetur ſequi conſiliũ, & ſi ſequitur, nõ excuſatur, ſi eſt malum. ſi verò conſentiunt ꝙ requirat conſilium & ſm ipſum ferat ſententiam, tunc ſi quidẽ ipſum ſequatur, excuſatur a malo propter conſenſum partium, vt l. ſi conuenerit. ff. de re iudicat. & ibi per Bar. niſi conſilium eſſet euidenter iniquũ, quia de tali non videtur partes intellexiſſe, quòd ipſum ſequatur, vt no. Bart. in l. j. §. ſi plures. ff. de inſtito. & hoc idem de quo in ſuperiori caſu. Si verò non vult ſequi, dico quòd iſto caſu nõ cogitur per l. qualem. ff. de arb. Et ſic in hoc eſt differentia, vtrum fiat auctoritate ſtatuti, quia tunc tenetur ſequi, quia ſic ſtatutum mandat. ſi cõſenſu partium tantum, & tunc non tenetur ſequi, non enim poſſunt partes cogere iudicem ad dandam ſententiam certo modo. & ita intelligo; l. qualem. quæ allegatur pro contraria in l. ſi conuenerit. dicitur contrarium ſi bene inſpiciatur, ſed bene dicitur, quòd iudex poteſt dare ſententiam ſecundũ voluntatem partium. Dico ergo, quòd ſi ſequitur conſilium, bene excuſat per d. l. ſed ſequi non tenetur. quod etiã patet, quia non tenetur mittere ad requiſitionem partium ſi non vult, & ſtatutum non arctat, & ſi mittit, poteſt miſſionem reuocare. vt no. Bar. ff. de appel. l. ad principem. ſi ergo non neceſſitatur ad mittendum vel ad expectandum, ergo nec ad ſequendum, & ita ſm prædicta intelligo, quod no. canoniſtæ in c. ſi pro debilitate. de offic. de lega. de elec. c. cum in veteri. & in regula, nullus ex conſi. per Io. And. in mer. Dico etiã quod iſto caſu, ſi iudex ſequitur conſilium, poteſt ab eius ſententia appellari, licet de voluntate partiũ requiſiuerit, vt l. j. §. j. & ibi per Bar. in fi. ff. de appel. ¶ Tertio verò caſu, cùm non interuenerit autoritas ſtatuti, partiũ conſenſus, tunc clarũ eſt, ꝙ nihil aliud operatur niſi quãdã informationẽ vel inſtructionẽ iudicis reſpectu verò partiũ nihil, quia nec tenet ſeq. nec excuſat ſi ſequit. ¶ Nunc videndũ eſt in caſu noſtro, primò vtrũ petitio iſtius cõſilij & cõceſſio mittenti & foueant autoritate ſtatuti, vt ſic iudex teneat ſeq, & ſi ſequit, excuſet. An neutro, & ſic nec teneat ſequi, nec ſi ſequit excuſet. ¶ Circa primũ, ſi nos conſideramus primã requiſitionẽ & conceſſionẽ, clarũ eſt ꝙ non mittitur nec fouet autoritate ſtatuti, qđ non fuit factũ ſm formã & infra tẽpora ſtatuti, cũ igit ſtatutũ diſponat, ꝙ certa forma & tẽpore petat conſilium, clarũ eſt, ꝙ extra illã formã vel tempus diſpoſitio ſtatuti nõ extendit. ff. de leg. 2. l. ſtatulib. §. ſtichũ. de lib. agno. l. j. §. ſi mulier. cõiuncto prin. facit. l. cũ prætor. de iud. C. de procu. l. ſi maritus. cũ ſi. ſtatutum ergo qđ mandat iudici, vt ferat ſñiam ſm conſiliũ, debet intelligi de illo cõſilio, qđ ſm formã & infra tps declaratũ ab illo ſtatuto fuerit petitũ & conceſſum. ¶ Si verò conſideramus pronunciã factã per dñm capitaneũ die. xvj. mẽſis Decemb. vr̃ dicendũ ꝯrium. ſ. ꝙ dicat & cenſeat facta auct. ſtatuti, & miſſa. Nã ita cõtinet in d. pnũciatione, ſ. dictã miſſionẽ factam

¶ Appellatio. Sed quid ſi ſtatuto caueat, ꝙ a cõſilijs ſapientis appellare non poſſit, & clericus quã appellare uelit an poſſit. vi Cor. in 187. incip. in hac. nu. 52. & 13 in 4. pt.

factam in dictum consultorem fuisse & esse legitimam & debito modo & ipe factam & valere & tenere consilio standū esse, ac si infra legitimum & deb tum tempus petitum concessum fuisset. Cūm igitur res iudicatæ pro veritate habeantur. l. si res iudicata. ff. de re iudi. & post eam nihil quæritur. ff. eo. tit. l. post rem. & ea quæ semel decisa sunt in vno iudicio non debeant amplius in dubium verti. l. si quis cum totum. §. si ancillam. ff. de excep. rei iud. videtur ꝙ omnia cōtenta in dicta pronunciatione debeant reputari pro veris, & perinde sit, ac si in rei veritate ita fuissent, prout in pronunciatione dr̄. paria ergo sunt ista, videlicet quia infra tēpus statuti vere fuerit consilium petitum & concessum & s̄m formam eius, vel quod perinde habeatur, ac si ita esset, licèt veritas sit in ꝯtrium, sicut in si. dicimus, ꝙ paria sunt, aliquē esse talem ciuem, vel haberi pro ciue, licet re vera non sit. iuxta no. per Bar. ff. de adult. l. si maritus. & l. si is qui. de vsuca. Sed certè ista procederent si coram capitaneo fuisset de hoc mota quæstio per partes & ipse seruatis seruandis sic pronunciasset, talis. n. pronunciatio diceretur tunc s̄nia, & transisset in rem iudi. Nam tunc capitaneus assumpsisset sibi partes iudi. quæ sunt, vt de litibus & quæstionibus motis coram eo causa cognita pronunciet. C. de sen. ex peti. l. 3. Sed nō ita fuit hic. Nam nulla lite mota coram eo super hoc, sed solum præsupposito pro constanti, ꝙ infra tempora statuti & s̄m formam non erat petit. Capitaneus volens talē petitionem & concessionem, licet nullam, validare & roborare de volūtate & consensu partium procuratorum vtriusq; partis, sic pronunciauit, vnde dico pro hoc non sufficit ad dictā validitatem etiam interueniente partium consensu. ita determinat gl. in fi. C. de trāsac. l. si diuersa. in fi. gl. quæ dicit, sententia lata contra sententiam etiam de consensu partium non valet, nec dicit, nisi de hoc fuisset quæstio coram iudice, an prima sententia lata fuerit vel nō, & iudex seruatis seruandis pronunciasset. In casu igitur nostro nō dr̄ ista pronunciatio esse sententia diffinitiua, quæ non fertur sine processu & alijs solennitatibus iuris licet de consensu partium. iuxta no. in c. de causis. de offi. deleg.

S V M M A R I A.

1 *Statuto stante ꝙ appellatio infra octo dies debeat iudici præsentari, & aliquis appellauerit viua voce saluo iure appellandi in scriptis, tempus currere incipit a die interpositæ primæ appellationis, non autem secundæ interpositæ in scriptis, rationibus & iuribus de quibus hic.*

2 *Appellationum geminatio super eodem facta non videtur inducere pluralitatē appellationum, nec per secundam, tertiā, quartā tolluntur effectus quos prima secum trax t.*

CONSILIVM VII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ In dubio[a] præfati excellentissimi doct. recolēdę memoriæ satis bene referunt, qui in lecturis suis scripserunt super dicto dubio, & maximè Bart. in l. cum procurator. in. §. si dn̄s. ff. de oper. no. nun. † vbi licet diuersis temporibus interponantur duæ appellationes, & ambæ tn̄ infra tempora appellandi vna tn̄ est appellatio, cū secūda facta est sub commemoratione factæ prius per illa verba saluo, sibi iure appellandi in scriptis &c. prout fuit ista secunda appellatio. pro hoc. l. vnum. ff. de testa. † geminatio autem appellationum super eodē facto non vr̄ inducere pluralitatem appellationum, nec per secūdam, tertiam, siue quartam tolluntur effectus, quos prima dicta appellatio secum traxit, sicut est extinxisse vel suspendisse pronūciatum. l. j. in fi. ad tertu. & l. furti. de his qui no. infa. vel effectum tituli nil nouari appellatione pendente. ff. nil no. ap. pen. & c. venientes. de ap. & quod ibi not. de iure. vel effectum cursus fatalium ad prosequendum appellationem. & hoc quod not. in c. dilecto. de ap. in nouella in vltima gl. & sic est in s̄nia & alijs dispositionibus, vt iteratio sit superuacua & nulla, si ea ea non augeat effectus. l. j. ff. qn̄ prouo. non est ne. l. stipulatio. §. diuus. vt leg. no. caue. & l. si creditori. de leg. 1. ille ergo qui a s̄nia diffinitiua vel grauamine sæpius appellat, vr̄, sæpius loqui, nō sæpius appellari, quia prima vt diai traxit secum suum effectum, & sic intelligitur. c. locatrius. 33. q. j. & c. bone. de ap. in verbo plures. statutum ergo, quo cauetur quod debeat appellari infra. x. dies & appellatio præsentari infra octo dies iudici appellationis a die appellationis interpositæ computandos &c. debet intelligi de præsentatione primæ appellationis, quæ fuit propria & vera appellatio quo ad omnes effectus vt dixi, non autem a die secundę vel vlterioris. licet. n. interpositæ infra decem dies, quia talis iteratio est quædam inepta & superflua verborum multiplicatio, quæ non solet alterare substantiam vel ordinationem legis. l. pediculis. §. Labeo. de auc. & arg. leg. & sic est verisimile intellexisse statutum, dum dicit appellate, & subdit quam appellationem &c. & sic loquit̄ de vna appellatione, & de prima. arg. l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. & c. non potest. de præben. lib. 6. Et confirmatur hoc, quia terminus octo dierum ad præsentandum appellationem, est præfixus a statuto, & statim post appellationem interpositam incipit currere, appellare ergo iterū ab eadem s̄nia non potuit interrumpere cursum dictorum octo dierum ad præsentandum appellationē & dare sibi nouum, quia in x. diebus decies appellando singulis diebus esset in potestate sua extinguere cursum temporis iam inchoati, & pluries principiū sibi dare in præiudiciū aduersarij, cui est ius quæsitū ex prima appellatione quo ad terminum ad prosequendum eā, ergo eo inuito non pōt ab ea recedere. c. ab eo. de elect. lib. 6. & l. si post mortem. §. fi. de ꝯtra. Cū. n. duæ sint prouisiones super eodē, quarum vna per prius operatur, q̄ altera qui potuit vna vti & est vsus ab vsu alterius est exclusus.[b] l. si fundum. §. si ab impubere. de leg. 1. legis namq; siue statuti ordinatio in momento operatur effectum suum nec alia prouisio hominis pōt eā alterare siue mutare. vnde dicit lex quod nō est amplius pro hærede gerere quippe iam hæredi. &c. ff. de hære. insti. l. si liber homo. §. Titius. pro hoc quod scribitur in c. 1. de consti. lib. 6. in fi. in illa. q. vtrū si iudex statuat aliū terminū q̄ præfixum in illo. c. caueatur. videatur recessum ab illa prouisione. & tenet̄ quod nō, quia præfixio iudicis reperit iam causam deuolutam per illud. c. vnde lex, quæ est principaliter agēs, velocius operat̄ q̄ iudex eius minister, quicquid agit agit̄ in virtute. l. facit l. post mortē. de leg. 1. ¶ Per prædicta dico quod id quod dicit Ioā. And. in d. c. cū bonæ. quod si quis sæpius appellauit est vtile, quia non a prima sed a secunda incipit cursus t̄pis ad prosequendū appellationē, non vr̄ probabile, nā ꝯ hoc faciunt & vrgent prædictæ rationes, nec vr̄ protestatio nec reseruatio de qua in dicta appellatione aliquid operari ꝯ statuti deuolutionē & termini præfixionē, quia non pōt ea vtraq; parte vti prima & secunda vt probaui, protestatio ergo siue reseruatio nihil prodest. c. vt quis duas de elect. lib. 6. Ex quo etiā pōt colligi decisio, ꝙ sicut ibi electus a diuersis habet electionē quā ex eis eligat, ita volēs appellare habet electionem, an in scriptis, an in voce. C. de appel. l. litigatoribus. Electa ergo via appellandi viua voce videtur exclusus a via appellandi in scriptis. l. quod in hæredem. §. eligere. de tribu. & l. j. de fur. nec reseruatio redeundi ad aliam viam aliquid operatur, vt d. c. vt quis duas. dominus tamen Bal. in l. appellatione. C. de appellat. tenet ꝙ ad inducendā desertionem, per lapsum anni computetur annus ex tempore secundæ appellationis, non ex tempore primæ. Sed opi. Bart. in d. l. procurator. §. si dominus. videtur probabilior & eam sequor in l. j. §. libelli. ff. de appellat. vt etiam ibi scripsi postquam per primam appellationem sententia est rescissa & ad superiorem deuoluta, ex ea debent fatalia habere principia sua. & ad illam debet haberi relatio quo ad desertionem, sicut quo ad tractum retro & alios effectus, de quibus. s̄. dixi.

a ¶ In dubio. Ad istā cōsult p Pau. de Cast vide Old. in cōsil. 3. idē ꝯsuluit. & latius & copiosius p Bal. in cōsi. 430. l. 1. p.

b ¶ Exclusus. Hæc eadē verba habet p Old. in d. cōsi. a in princip.

c Grauari. Adde idē p d. Bar. Sa ci. in cōsil. 301. inci. vide bal. ver. sed in contrarium. ibi. non. n. dēt, in 2. p. vbi & in versi. confirmat ista r̄nsio. dicit ꝙ collecte de iure cōi īponunt ciuibus & ien lia p reb' exñt bus ī alieno territorio & ī illo loco si fuerit collecta imposita. p qua materia vide & q̄ habentur per eū in cōsi. 129. inci p̄ stāntissimi. versi. circa primū primo. in prima part. & p Bal. in consi. 138. in j. parte.

S V M M A R I A.

1 *Pater si est comitatensis & bona sint sibi ascripta tanquam comitatensi, filij vero sint ciues, patre mortuo debet fieri descriptio in æstimo ciuitatis & præstantiæ ciuitatis præstandæ iuribus de quibus hic.*

2 *Successoris ex persona conditio obligationis non debet immutari.*

CONSILIVM VIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Ista bona paterna nouiter ad ser Nicolaum & Antoniū ꝑuenientia forent iam eis descripta in libro præstantiarum ciuitatis Florentiæ, & pro ipsis præstantias soluerunt vt ciues, nullum esset dubium quod non deberent nunc in nouo æstimo comitatus poni. Nec ad hunc finē vt bis pro eisdem soluant, scilicet vt ciues ex prima descriptione & vt comitatenses ex secunda, cùm pro eisdem non debeant duplici onere grauari.[c] ff. de leg. 2. l. Titia. §. qui in vita & quod no. glo. C. de mulie. & in quo loco. l. nec etiam. ad hunc finem vt per hanc secundam descriptionem æstimi recedatur a prima descriptione præstantiarum, quia cùm communitas floren, primam viam descriptionis elegisset, illa sola sibi parere deberet. ff. qd̄ metus causa. l. mulier. in fi. nec posset ad aliam redire, quæ cū prima concurrere non pōt. arg. C. de fur. l. j. de pactis. l. rescriptū. §. si pacto.

&o.l.qđ.in hæredem.§.eligitur.de tribu.de opti.le.l.apud aosidium.cum si.& ad hæc tendunt ea q̃ scripta suot. s̃.maximè p primos caimios consultores. ¶Si verò dicta bona non sunt adhuc dictis ser Nicole & Antonio descripta in libro præstantiarom ciuitatis, nec adhoc pro ipsis solueruot præstantias ut ciues, sed potius a tpe mortis patris soluerunt uetus æstimum comitatus ex conuentione habita cum fratribus, ut proponitur, cùm nunc de nouo æstimo comitatus, quæritur an in eo debeant describi prout hactenus in oeteribus fuerunt descripta, an uerò potius a sint describenda in libro præstantiarum ciuitatis. hic est casus noster, de quo præsentialiter q̃ritur. hic.n.agitur de descriptione fienda de nouo in quo libro fieri debeat, nunc.n.quod fiat io utroq;, sed in altero non dr̃ q̃ bis debeat soluere pro eisdem rebus. ad rõnes prædictorum doctorum tendnut, sed semel tm̃, dubitatur tñ qualiter. An tanquam ciues attenta persona ipsorum, an tanquam comitatenses attenta persona patris & aliorum aotecessorum. ¶ Et vr̃, q̃ ipsi a tanto tpe habitaueruot io ciuitate & fueroot tractati & præstantiati ut ciues, & nunquam ut comitatini ut proponitur, hoc idem sit obseruãdũ quo ad alia bona aliũde quæsita uel quæ hñt in ciuitate quo ad tps futurum. Cæterum bona de quibus agitur, vñr describenda in æstimo comitatus, sicut hactenus fuerunt apod parentes, & sic trãslatio fienda oõ sit, 2 ut C.de testa. l.testamenta oĩa. † Nã es persona successuris ↄdõ obl'onis non debet immutari.ff.de uerb.obli.l.2.§.his igitur. Et hæres potest conoeniri obi & defunctus poterat non obstaote quocunque proprio priuilegio.ff.de iodi.l.hæres absens.io ptin. Item pn text.qui vr̃ in fi.determinare.C.de agri. & censi.l.cũ sci b mus.§.illud. Item per reformationem nouiter editam, ne aliqua sequatur absurditas, qđ pro his bonis soluant tanqoam comitatenses prout parentes eorum soluerunt, & ẽt ipsi a tpe mortis patris & pro alijs aliunde quæsitis soluant ot ciues, ꝓut ipsi hactenus soluerunt, cũ diuersitas ex diuersitate bonorum & cãrum ꝓcedat.ff.de opti.le.l.si pur⁹.§.qui doos.& quod ibi no. ¶ His nõ obstantibus dico ꝯrium..s.qđ non sunt describenda in æstimo comitatus, sed in libro præstantiarum cioitatis, nec amodo debent ꝓ eis soluere ot comitatenses, sed ut ciues.& probat̃ sic. Isti ser Nicola & Antonios licet nati sint ex parentibus comitateosibos, tñ cines semper fuerunt.l.q ex oico.ff.ad munici. s̃.p alios alleg. habebant tñ istam qualitatem, qa nooerãt ciues puri & meri, sed cum ista qualitate.s.qa comitatenses, ex qoa ↄdõ ipsorum determinata reddebat̃ aliter q̃ sit ↄdõ ciuium simplicium; poterat ergo ciuitas florentiæ a principio & semper uti iure illo cuiusdam quasi seruitutis, quod habebat in eos & tractare eos & talliare ot c comitatenses, si uoluisset. Sed cum ounquam fecerit imo eos recepit ad habitationem ciuitatis, nec onquã talliauit eoa ut comitatenses a 20. annis & ultra, ot ꝓponit̃, sed potius ut ciues ad 9. annos citra ius illud, qđ in eos habebat tanquã in comitatenses, ꝑdidit locũ tpis nõ usu, & ipsi ab illo nexo liberati suot, & solũ retinuit ius qđ in eis habebat, ut in simplicibus ciuibus, qoo tm̃ iure ciuitas circa ipsos vsa fuit. hoc ꝓbat̃. ff.de aqua plu. arc.l.si prius.in prin.quẽad.ser.amit.l.si quis alia. & l.si cõem.§.1. C.de long.tẽp.ꝑscrip.q.ad liber.ꝓcla.nõ li.l.2.in fi.tõc arguo, ea quo ipsi ser Nicola & Antonius quo ad eorum personas reputant ꝓ puris & meris ciuibus p dictam tractationẽ de ipsis ut ciuibus, non ut de comitatiuis ot dixi &c.& oĩa bona eis obuenientia debent eodem iure censeri tanquã.s.bona ciuium, non taoquã comitatensium. quod ꝓbat̃, qa bona tanquã accessoria seq debent ꝯrium personæ tanquam principalis.ff.de pecu.le.l.1.2.& 3. Secundò, qa unius hois vnicum debet esse p̃rimonium, & nõ plura.ff.de excu.tu.l.iuris peritos.§.cum ordi.oisi sit miles, q potest hr̃e plura. item illud unicum p̃rimonium debet esse uoisorme oõ diuerso iure censeri.ff. de usu.cũ q. Sed si aliud diceremus, q dictum sit, seqneret̃ oel qđ idẽ homo haberet duo p̃rimooia, uel haberet uoicum qđ duplici & diuerso iure cẽseret̃.s.tanquã ciuis & tanquã comitatensis qđ esse nõ debet.de decimis.c.cũ in tua. Sequeret̃ q̃ una cadẽ ꝑsona censeret̃ ut ciuis, & ut comitatensis, qđ ẽt esse nõ debet p dicta iura. Ad idem facit, q̃ patrimonium est quid vr̃e quod recipit augmentum. Sed iuris est de augmento, qđ erat de ipso vr̃i coi sit.ff.de fun.instru.l.pe.de pac.dota.l.inter socerum.§.cõ inter.C.de iure do.l.ẽt & qđ ibi no.ff.de pig.act.l.si cõuenerit.§.si nuda.& qđ ibi ẽt no. p doc. Et sic iusta bona nouiter obuenientia debeat eodem iure censeri quo prima, & describi nbi erant alia descripta. Ad idem facit, qa si bona faciunt transitum de persona non priuilegiata ad personam priuilegiatam, sequuntur ꝯrium illius personæ, ad quam trãseunt. extra de iurepatro.c.1.lib.6.ff.de iure fisci.l.fiscus.de decimis.c.1.in fin. cle. Võ pater ex rebus, q̃ si alicui ciui florentino obuenirẽt bona existeotia in territorio senensi, deberet per illis imponi collecta uel præstantia quæ sunt bona personalia pro rebus imposita in ciuitate floren. ubi est persona non in ciuitate senarum ubi sunt a bona. [a] ar.l.magis puto.§.illud quæri.ff.de reb.curũ.& ista ẽ cõis opi. Consuluit ẽt vir recollendæ memoriæ Fede.de se.in ↄsi.146. q̃ si monasterio existenti in diœcesi floreotioa obuenerint bona in diœcesi aretina, q̃ dicta bona dñr esse in diœcesi florentina, ubi est principale monasterium. & idem de quibuscunque bonis alibi situatis, ut sic eiusdem mooasterij patrimonium non censeatur diuerso iure. de priuile.c.quia circa.12. q.2. c.cognouimus. igitur eadem rõne pro boois obuenientibus ciuibus debent cõtribuere in ciuitate, ubi sunt personæ, non io comitatu obi sunt bona. Nam dignum est, ut qui cum alijs ciuibus similem uiam susceperunt, similem sentiant in legibus disciplinam. de sta. mo. c. recolentes. non ergo debent ser Nicola. & Ant. contribuere cum comitatiuis, a quibus translati sunt ad ciuitatem per loogi tpis cursum & patientiam, ut disi; & sic nil hñt io cõe cum eis & eorom consortio. 11.q.3.c.si quis translatus.16.q.1.ne pro cuiuslibet.de primi.c.pe.& qđ no.eo.c.seq.q.1.c.3.sed ciuibus, cum quibus similem uitam gessit, & semꝑ gesseruot.ar.in d.c.recolentes. ¶Nec obstant ꝯria. Et primò nõ ob. quod ab antiquo sic fuerũt b præscripta.& sic antiquitas vr̃ obseruanda. [b] nam uerom est, si res esset io eodem statu & rebus sic habentibus, alias secus.ff.de lo. l.cum quis.in prin.& l.si cum cornelius.de cond.ob cãm.l.quod seruus.& ibi no.de confir.uti.l.utilitatem. & in confirmando. Sed hic res noo sunt in eisdem terminis, nam antiqnitus fuerunt descripta in comitatu, quia domini possessores erant comitatiui, sed nunc sunt ciues meri.& sic ea quo personarom conditio fuit immutata, itañ etiam rerum cunuenit immutari. C.de impo.luc. de script.l.1.in fi.lib.10.in auth.de ede.titu.§.ad hæc. Et comitatensia etiam dicta bona per mutationem personarum & oooorum dominorum esse desierunt & inceperunt, ut sic dicam esse ciuilia.arg.ff.de acqui.hære.l.per procu.§.fi.de inoffi.testa.l.fin. ¶Item non obst. q̃ ea persona hæredis noo immutatur conditio obligationis, oam uerum est de obligatione cootracta contra defunctum, sed nos loquimur de ↄtrahenda cootra hæredem, qualiter debeat coatrahi & certè inspecta persona sua, nõ defuncti, c cuius personam io hoc hæres oon representat, [c] quia non ob. hæredi. ¶ Item oon ob. quod per plores annos soluit æstimum. Nã nnn sequitur, quod in futurum soluere cogatur. C.de pact.l.si certis annis. Soluit uoluntariè, & sic ooo præiudicat in futurũ. C.de excu.tu.l.uoluntarie. consensus.n.tacitè, qoi ex actibus aliquibus colligitur, ultra illos actus uires non ostendit. C.ne usoc pro mari.l.fi.ff.de iti.actuq; priua.l.1.§.iulius. facit de legat. 2. l. lucius.§.testator.si ser.uen.si cum proprijs.de oper. liber. l.operis nooimpositis. ¶ Item non ob. l.cum scimus.§.illud.de agri. & censi. nam ibi loqnitur de qoodam seruitio naturali, quod debebatur a patre ascriptitio & filijs suis. vnde si illud præstatur a patre solo, uel cum aliquibus ex filijs, ab alijs autem filijs per lõgissimum tempos noo fuit præstitum oec fuit petitum, quia noo expediebat ea quo pater iotegraliter præstabat, certè non præiudicabitur domino de prædij quominus patre prædicto ascriptitio mortuo possit ad prædium reuocare illos filios, qui nunqnã præstiteruut, & ita dicitur ibi. sed casus noster est dioersus, quia non agitur de seruitio reali, sed personali, quod propter res imponitur, ut not.doct.io l.rescripto.§.fin. ff.de mun. & hono. Et sic debent uariari s̃m narietatem personarum. oon enim agitur de reuocando istos ad commitatum, sed de modo generaudi ipsos pro rebus nuoiter obuentis. ¶ Item oon obst. reformatio: nã illa locum baberet si Vannozius hodie uiueret habitaret & præstantiaretur Floren. nam ea hoc noo euitaret æstimum comitatus, & hoc uult reformatio, sed ex quo mortuus est & bona sua deuenerunt ad istos qui suut ciues, non loquitur reformatio, dum dicit q̃ persooa esistens in æstimo comitatus, quia isti non sunt in æstimo, sed pater; nec inquantum dicit de partita. Nam respundeo prout.s̃.per alios est responsum & sic stamus iuri cõmuni quod est ut s̃.disi.

a ¶Bona. Vide Cor. in cõsi.81.inci. circa. ꝓ toũ. in 4. parte. ubi ponit nun quid forenses posidẽtes bona in districtu mundani possint cogi ad collectas per homines de mundano.

b ¶ Obseruãda. Facit quod hr̃ in consi. 337. in 1 parte. q̃ antiquitas dat authoritatem & fidem.

c ¶ Non representat. Adde d. Bart. Sozi. in ↄsi. 41. inci. in ꝑsenti. uer. confirmat̃ ista conclusio. in 2. parte. q̃ onus qñ ponitur rei non hæreditati cõtẽplatione ꝑsonæ. tũc ad quẽcunque transit cũ onere.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Electione acquiritur ius absenti, cum ad acceptandum officiũ uel illud ad quod eligitur potest cogi, quia etiam in uoluntarijs acquiritur ius.*

2 *Offic. e priuatur quis censetur per sententiam latam super crimine, licèt mentio non fiat, quando per sententiam imponitur pœna continens maximam uel mediam capitis diminutionem.*

Hoc consiliũ ita imperfectum esse in ueteribus etiam codicibus deprehendimus.

CONSILIVM IX.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Præmitto, ꝙ in dicto officio statim facta dicta electione fuit quæsitum ius de eo etiam ante acceptationem, cum ad ipsum suscipiendum potuisset cogi, ut expressè no. Bar. ff. de dã. inf. l. absenti. fortius post acceptationẽ, postq̃ etiam in uoluntarijs ius acquirit. de pra ben. c. si tibi absenti. lib. 6. cũ alia confirmatio non requiratur. Videnda ergo sunt duo. Primum est, posito ꝙ in dicta sñia nõ fuisset facta mentio de officijs, utrum de iure cõi ex sola sñia lata super crimine censeretur priuatus dicto officio. Secundò quid iuris sit, attentis verbis dictæ sñiæ. ¶ † Circa primum sciendum est, ꝙ si la-
2 ta esset sñia super crimine cũ impositione talis pœnæ, q̃ maximã uel mediam capitis diminutionem inferret, puta mortis naturalis uel ciuilis, per quam perdatur ciuitas & libertas, uel sola ciuitas; tunc non est dubium, ꝙ eo ipso censeretur, licet expressè dcm̃ non esset oĩbus officijs, etiam quæ tunc haberet de publico. & est rõ duplex. Prima, quia per tales pœnas status hominis totaliter consumitur. ff. de uari. cogn. l. cognitionum. §. consumitur. & sic non remanet subiectum, in quo directa officia præexistant. fundantur enim in statu ciuili, qui consumptus est. igitur &c. ff. de pœnis. l. quod ad statum. & l. qui ultimo. quod ui aut clam. l. nam origo. Secunda ratio, quia,

SVMMARIA.

1 *Creditores unius banniti non possunt petere sibi satisfieri in bonis aliunde existentibus, ubi si cum bona confiscata non sint sufficientia.*

2 *Fiscus tenetur satisfacere creditoribus condemnati de bonis confiscatis in loco cõdemnationis.*

ALLEGATIONES.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Licet illi qui contraxerunt cum Nicolao Bergamino Ferrariæ cẽseant habuisse respectum ad totum patrimoniũ, quod d. Nicolaus ubique habebat. ff. de Pecul. l. hinc quæritur. §. potest, circa medium, quia non nisi unum patrimonium habere dicebatur, licèt in diuersis locis haberet bona. l. iure peritus. §. cum omnibus. ff. de excus. tuto. in
1 fin. † Attamen intelligitur hoc ordine successiuo, ut per prius ad bona existentia Ferrariæ, maximè quia plura erãt, & ꝙ de illis primo loco satisfieret. Secundò ad existentia Venetijs, ut de illis satisfieret in solidum alijs non sufficientibus ut d. §. pôt. uer. certe. De tribut. l. procuratoris. §. si plures. De testa. mil. l. si certarum. §. 1. & sm eundem ordinem intelligitur ɔ̃cta hypothecaria, si qd debitum erat cum hypotheca bonorum: Cum illa regulentur secundum ordinem personalis actionis quæ est principalis. l. 1. §. fi. C. cõmu. delega. l. & si non sint. §. perueniamus. & l. cũ aurum. in
2 fi. ff. de aur. & arg. leg. & in regula accessorium. de reg. iur. † Vñ cum bona confiscata Ferrariæ sint sufficiẽtia, fiscus ille debet soluere, nec habendus est recursus ad bona existentia Venetijs. l. si tutoris. C. ad l. iul. de ui. Laus Deo omnipotenti. Et ita dico & iuris esse censeo ego Paulus de Castro. I. V. D. ideo me subscripsi & sigillo meo consueto signaui.

¶ Suscriptio.

¶ Ego Antonius Rosellus. I. V. D. ac sacri Concistorij D. Papæ aduocatus, & pauperum, ordinariam regens cathedram Iuris Canonici de mane in felici studio Paduano arbitror præfactã sñiam D. Pauli Doctoris eximij recipi posse. Nam qñ aliquis est damnatus pro aliquo delicto ex quo. de iure cõi bona uenirent publicanda, tunc quælibet ciuitas, quæ habet iura fiscalia, pôt dici procurator in rem suam fisci, nam ad suam utilitatem utuntur iure fiscali. hoc no. Bar. in l. 1. C. de sum. Trin. & fi. cath. in fin. ita ꝙ ex concessione principis tacita uel expressa distinctę vñr istę bursę fiscales modos. Sic in pluribus tutoribus, qñ diuersæ sunt administrationes per diuersas regiones prius conuenitur quisque de his quæ contingunt in sua regione. l. fi. C. de Auct. præst. facit. l. 2. §. si plures. uer. quod si per regiones. ff. De custo. bon. dam. facit. l. 2. C. si ex plur. tut. & l. C. de peric. tut. ad hoc. l. si qñ. la 2. C. de bon. uac. lib. 10. ubi est expressum. facit. l. fi. C. de Auct. præstã. Et ita iuris esse dico unde me subscripsi & sigillo meo consueto signaui.

SVMMARIA.

1 *Pignoris & hypothecæ ius extinguitur, si res hypothecata alij uendatur & traditur, & illam quietè & pacificè possideat spacio 10. annorum prædicto titulo, maxime cum habens hypothecam & emptor sunt in eodem territorio.*

2 *Forensis possidens bona in aliquo territorio potest uti statuto illius territorij disponente circa præscriptionem, nisi statutum specificè disponat in personas subditas.*

3 *Possessio tam ciuilis quàm naturalis transfertur per simplex constitutum.*

Possessio ciuilis tantum transfertur per constitutum autem precario, & non censetur appositum per notarium nisi mos sit notario apponere.

3 *Constitutum cum precario licet non præiudicet habenti ius hypothecæ, tamen sibi præiudicatur per negligentiam, cum scit rem ab alio possessam & tacet. & idem est si est uocatus, cum omni casu amittit suam ualorem quam habet negligendo, nec lapso dicto tempore posset recusare amissam possessionem plus enim habeat creditor quàm si haberet pactum ingrediendi propria authoritate.*

5 *Clausula, quorum bonorum &c. si reperiatur in instrumento, quando censeatur apposita clausula intrandi propria authoritate.*

6 *Clausula cuius principium non est appositum in protocollo non censetur per notarium apposita. & 5.*

7 *Fideiussor uenditoris potest suscipere in se iudicium pro inter esse suo aduersus prætendentes ius hypothecæ.*

8 *Officium iudicis implorare potest ille qui pacificè possedit titulo & bona fide spacio debito, ut silentium imponat aduersario.*

Præscriptio non interrumpitur per comminationem datam habenti ius hypothecæ super hypothecata sed lit. contest. requiritur.

9 *Præscriptio non interrumpitur per litis contestationem factam cum principalibus contra possessorem, non enim litis contestatio porrigit effectum extra personas cum quibus fit.*

CONSILIVM X.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Si uera sunt, quæ in themate proponuntur, ꝙ iste Antonius tenuit & possedit dictum castrum spacio 10. anno. & ultra pacificè & quietè ex dicto titulo emptionis non expedit p singula dubia sñ. scripta dis-
1 currere. † Nam cum partes sint in eadem prouincia. i. in eodẽ territorio, tàm actria q̃ possessor, & sic p pñtibus reputantẽ. ut in l. fi. & qđ ibi no. C. de præscrip. longi temp. Certum est, ꝙ spacio tãti tpis omne ius pignoris & hypothecæ competens alijs dñabus super dicto castro fuit extinctum. C. si aduer. l. 1. & 2. & p ɔ̃ñs oĩs ficta possessio competens ex constituto & omnis licentia ingrediendi, posito ꝙ sub dictis principijs clausularum comprehenderentur sibi fuit sublatæ tanquam accessoria principali extincto. ut in regula iuris. Et cum hæc sit dispositio iuris cõis competit & prodest Anto. in curia senensi, licet non sit senensis uel de senensium territorio, quia ius cõe oĩbus patet. ff. de pœnis. l. capi-
2 talium. §. ad statuas. † Quinimo dico, ꝙ si dictum castrum est in territorio senensi, licet dictus Anto. sit forensis, pôt allegare præscriptionem orientem ex statuto senensi, cùm in hoc seruandum sit statutũ loci, ubi res situata ẽ, ex quo agiẽ de iure ipsius rei. C. de ædi. priua. l. an in totum. & no. Bar. in l. cunctos populos. in 1. q. principali. ami. in qua tractat de his, q̃ non sunt ɔ̃ctus nec delicta, nisi statutum disponeret solum in personis senensium ciuiũ. C. de testa. l. fi. & l. si non speciali. ff. de iure fis. & l. si attẽto cum si. ¶ Posito aũt, ꝙ prædicta cessarent, & ꝙ dictum ius pignoris uel hypothecæ non sit extinctum præscriptione, videndum est subsequenter quid de possessione. Et hic uidendum est primò, an ex dictis clausulis protocollis abbreuiatis possit dici translata posses-
3 sio in dictas dñas, & quę. ¶ † Et bñ puto, ꝙ sub illa clausula, quorum &c. contineatur constitutum simplex, per quod tàm ciuilis q̃ naturalis possessio censetur translata. l. ꝙ meo. ff. de acq. poss. & sic ex tunc d. Nicola. tanquam procurator vr̃ possedisse p dictis dñabus. Nanq; cl'a simplicis constituti consueuit cõiter ab omnibus notarijs apponi. igitur &c. iuxta no. per Bar. in l. Gall'. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. ¶ Constitutum verò non simplex, sed cum precario, per quod transfertur ciuilis, & remanet naturalis. ut l. qui pignoris. de acqui. pos. & no. Bart. eo. tit. l. interdum. non puto contineri, nisi notarius ille consueuisset in suis instr̃is eam apponere, quia ut plurimum non apponiẽ. igitur &c. l. nam ad ea. ff. de legi. & sic rñsum est ad primum, & ad secundum dubium, uel quæsitum. ¶ Secundò videndum est, posito ꝙ oĩs possessio fuisset translata per simplex constitutum, uel ciuilis tantum per constitutionem precariam, utrum hodie durent. ¶ Et hoc dico ꝙ non, nam posito ꝙ oĩs possessio fuisset translata,

gat ſubſtitutionem ad illos tantum, quia erant nati tempore mortis, ſed refertur ad omnes, vt ſic non faciat propriam relationem, ſed ſimplicem, vt ibi dum dicit, mulier damnauit quæ ſaluauit. nam relatiuum, quæ, nõ refertur ad illam mulierem in ſpecie, quæ damnauit, ſed ad mulierem in genere, vt no. in l. Iulius. ff. de hære. inſti. ſic hic intelligunsur prædicti. ſ. filij omnes, non illi tantum qui eſſent nati tempore mortis, ideo enim dixit, prædicti, quia de filijs fecerat mẽtionẽ, & talis impropriatio fit interdum, vt ſaluetur mẽs teſtatoris, & tollatur abſurditas. l. eas cauſas. & ibi no. de condi. & demon. Eſſet aũt abſurditas dicere, quod in dubio magis illis quã iſtis videatur ſubſtituiſſe, cũ illo plus dixerit per d. l. publius. Dicamus ergo quod iſta ſubſtitutio facta de ſocietate cenſeatur & facta iſtis liberis Eliæ in caſu iſto, quo habent hæreditatem primi teſtatoris non ex expreſſa inſtitutione vel ſubſtitutione. Item ꝙ ex hoc cenſeantur habẽte ex tacita mente defuncti. Item quod dicta ſubſtitutio valet not. per Bar. vt ſ. Item ꝙ cenſeatur facta omnibus filijs ſupradictis ſi deceſſerint ſine liberis. ¶ 8 †Nunc eſt videndum an conditio dictæ ſubſtitutionis extiterit vel quatenus, & quatenus ſit ex ea deuoluta hæreditas ad ſocietatem. Et hoc ſi bene recolo alias conſultus dixit & dico ſic, quòd quantũ ad portiones ipſius Franciſci & gerij, qui primò deceſſerunt ſine liberis, non videtur extitiſſe cõditio, quia ſubſtitutio fuit facta cum expreſſione nominis collectiui. ſ. omnes, dixit. n. ꝙ ſi oẽs liberi &c. vt patet in themate. ſi enim verba teſtamenti ſic ſtant, tunc per mortem primorum decedentium ſine liberis non extitit caſus ſubſtõnis, cum ſupereſſent alij qui ex præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum excludebant, inter quos videtur voluiſſe reſeruare legitimã ſucceſſionem, vt l. pe. C. de impo. & alijs ſubſt. & operatur appoſitio illius dictionis, oẽs, quæ eſt collectiua, ſicut dictio, vterq; vel ambo. no. in l. ſi pluribus. de leg. ij. l. hoc articulo. ff. de hær. inſt. licet aũt illa. l. pe. de impu. & ali. ſubſt. i. loquatur in deſcendentibus, idem tñ eſt in iſtis trãſuerſalibus, in quos veriſimile eſt teſtõrẽ habuiſſe affectionem, & magis voluiſſe bona ſua remanere apud eos quouſq; aliquis eorum ſupereſſet, q̃ deuenire ad ſocietatẽ penitus extraneam. ar. l. cum acutiſſimi. C. de fideiuſ. portiones ergo eorum primò decedentium deuenerunt ad ſuperſtites equaliter, ſi ab inteſtato deceſſerunt. ¶ Poſtea deceſſit Iacob. ſuperſtite filio & hoc dicendum, ꝙ in portione iſtius tam in illa quã originaliter habuit, q̃ in alijs quas habuit poſt mortem priorum, ſimiliter non habuit locũ ſubſtõ, quia deficit conditio, cũ deceſſerit cum liberis. reſtat nunc portio vltimi morientis. ſ. Vgolini, tam in illa quam originaliter habuit per mortẽ Eeliæ, quia erat quarta ſi erant quatuor filij, q̃ etiã in illis, quæ ad eum peruenerunt ab inteſtato per mortem priorum decedentium. iuxta ea quæ ſupradicta ſunt, in quibus omnibus dico ſubſtitutionẽ factã de dicta ſocietate locũ ſibi vendicare, quia conditio ſubſtõnis extitit, cum deceſſerit ſine liberis, & non ſuperſunt alij qui ex præſumpta voluntate defuncti excludant ſubſtõnẽ, ut eſt tex. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. Si ergo ſocietas vult venire ex capite ſubſtõnis ad iſta bona, non video ꝙ poſſit niſi ad illa, quę erant apud d. Vgonem vel ex ſucceſſione patris vel fratrũ, non ad illa, quæ erant apud Iacob. decedentem cum filio. de illa vero filia fœmina Eliæ non videtur teſtator voluiſſe, ꝙ ſubſtitutũ excludat, cum ad ea non habuit affectionem, ſed ad maſculos tantũ. ¶ Cõcludo ergo primò ꝙ dicta ſocietas vult venire ad dicta bona ex primò capite priuationis propter moram hæredis commiſſam in non emendo prædium. ita demum poteſt, ſi illud relictum fuit, vel cenſeatur factum gratia alimentorum, ꝙ qualiter ſit ex qualitate legatarij præſumitur, vt ſ. oſtendi. alias non poteſt cum legatum non valeat, nec onus & ſic non incurrit hæres pœnã ex non implendo voluntatem defuncti per ea quæ dicta ſunt in j. parte. Secundò concludo, ꝙ ſi ſocietas vult venire ex capite ſubſtitutionis, poteſt ſolum venire ad illa quæ reperta fuerant eſſe apud Vgonem tam ex ſucceſſione Eliæ, q̃ fratrum. ad illa verò q̃ eſſent apud dictam filiam fœminã ex ſucceſſione Eliæ vel apud illum Iacobum decedentem cum filio nõ poteſt. & ita recolo ꝙ alias in ſimili conſultus reſpondi, ſed nunc aliquãtulum plenius proteſtans, quod cũ apud me non remanſerit copia primi conſilij ex caſu, & ſic videre non potuerim, non intendo ab illis deuiare niſi quatenus alias in facto proponeretur.

SVMMARIA.

1 *Iudex quando teneatur ſequi conſilium ſapientis. & 2.*
2 *Conſilium ſapientis ſi ſit petitum vltra formam datam a ſtatuto, an poſſit iudex de conſenſu partium ſequi ipſum conſilium extra formam obtentum, & concludit ꝙ non.*

CONSILIVM VI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ 1 †Pro declaratione eius quod quæritur, ſciendum eſt ꝙ tres ſunt cauſæ petendi & concedendi conſilium ſapiẽtis. Nam interdum petitio & conceſſio conſilij ſapientis fit, & mittitur autoritate ſtatuti, interdum conſenſu partium, interdum neutro. Primum tunc habet locum, cum ſm formam & infra tempora ſtatuti. Et tunc habet quatuor effectus. Primus, quia iudex primò tenetur & neceſſitatur mittere propter mandatum ſtatuti, quia quod præcipit imperator, neceſſe eſt fieri, vt dicunt canones. Secundus effectus eſt, quia ſi nõ mittit, poteſt puniri, & tenetur parti ad intereſſe. Tertius eſt, quia ſi mittit, tenetur ſequi conſiliũ. Quartus eſt, quia ſi ſequitur, excuſatur, etiam ſi malum ſit conſiliũ, ne decipiatur auctoritate legis. ff. commoda. l. ſi in cõmodato. §. ſicut, in fin. C. de his qui ve. æta. impetra. l. j. & in cle. j. de rerum permu. poteſt tamen a ſentẽtia lata ſecundũ tale conſiliũ appellari. ª C. de appella. l. j. & ibi no. ¶ 2 †Secundo uero caſu quando mittitur, & fit ſolo conſenſu partium, puta ſi ſtatutũ de hoc non diſponit, ſed tantũ, partes conſentiunt, tunc videndum eſt qualiter. Nã ſi conſentiunt quòd iudex requirat conſilium ſapientis dũtaxat, tunc iudex nõ tenetur ſequi conſiliũ, & ſi ſequitur, nõ excuſatur, ſi eſt malum. ſi verò conſentiunt ꝙ requirat conſilium & ſm ipſum ferat ſententiam, tunc ſi quidẽ ipſum ſequatur, excuſatur a malo propter conſenſum partium, vt l. ſi conuenerit. ff. de re iudicat. & ibi per Bar. niſi conſilium eſſet euidenter iniquũ, quia de tali non videtur partes intellexiſſe, quòd ipſum ſequatur, vt no. Bart. in l. j. §. ſi plures. ff. de inſtito. & hoc idem de quo in ſuperiori caſu. Si verò non vult ſequi, dico quòd illo caſu nõ cogitur per l. qualem, ff. de arb. Et ſic in hoc eſt differentia, vtrum fiat auctoritate ſtatuti, quia tunc tenetur ſequi, quia ſic ſtatutum mandat. ſi cõſenſu partium tantum, & tunc non tenetur ſequi, non enim poſſunt partes cogere iudicem ad dandam ſententiam certo modo. & ita intelligo. l. qualem, quæ allegatur pro contraria in l. ſi conuenerit. dicitur contrarium ſi bene inſpiciatur, ſed bene dicitur, quòd iudex poteſt dare ſententiam ſecundũ voluntatem partium. Dico ergo, quòd ſi ſequitur conſilium, bene excuſat per d. l. ſed ſequi non tenetur. quod etiã patet, quia non tenetur mittere ad requiſitionem partium ſi non vult, & ſtatutum non arctat, & ſi mittit, poteſt miſſionem reuocare. vt no. Bar. ff. de appel. l. ad principem. ſi ergo non neceſſitatur ad mittendum vel ad expectandum, ergo nec ad ſequendum, & ita ſm prædicta intelligo, quod no. canoniſtæ in c. ſi pro debilitate. de offic. de lega. de elec. c. cum in veteri. & in regula, nullus ex conti. per Io. And. in mer. Dico etiã quod iſto caſu, ſi iudex ſequitur conſilium, poteſt ab eius ſententia appellari, licet de voluntate partiũ requiſiuerit, vt l. j. §. j. & ibi per Bar. in fi. ff. de appel. ¶ Tertio verò caſu, cùm non interuenerit autoritas ſtatuti, partiũ conſenſus, tunc clarũ eſt, ꝙ nihil aliud operatur niſi quãdã informationẽ vel inſtructionẽ iudicis reſpectu verò partiũ nihil, quia nec tenet̃ ſeq nec excuſat̃ ſi ſequit̃. ¶ Nunc videndũ eſt in caſu noſtro, primò vtrũ petitio iſtius cõſilij & cõceſſio mittent̃ & foueant̃ autoritate ſtatuti, vt ſic iudex teneat̃ ſeq, & ſi ſequit̃, excuſet̃. An neutro, & ſic nec teneat̃ ſequi, nec ſi ſequit̃ excuſet̃. ¶ Circa primũ, ſi nos conſideramus primã requiſitionẽ & conceſſionẽ, clarũ eſt ꝙ non mittitur nec fouet̃ autoritate ſtatuti, qđ non fuit factũ ſm formã & infra tẽpora ſtatuti, cũ igit̃ ſtatutũ diſponat, ꝙ certa forma & tẽpore petat̃ conſilium, clarũ eſt, ꝙ extra illã formã vel tempus diſpoſitio ſtatuti nõ extendit. ff. de leg. 2. l. ſtatolib. §. ſtichũ. de lib. agno. l. j. §. ſi mulier. cõiuncto prin. facit. l. cũ prætor. de iud. C. de procu. l. ſi maritus. cũ ſi. ſtatutum ergo qđ mandat iudici, vt ferat ſñiam ſm conſiliũ, debet intelligi de illo cõſilio, qđ ſm formã & infra tps declaratũ ab illo ſtatuto fuerit petitũ & conceſſum. ¶ Si verò conſideramus pronunciã factã per dñm capitaneũ die. xvj. mẽſis Decemb. vr̃ dicendũ ꝯrium. ſ. ꝙ dicat̃ & cenſeat̃ facta auct. ſtatuti, & miſſa. Nã ita cõtinet̃ in d. ꝓnũciatione, ſ. dictã miſſionẽ

factam

¶ Appellari. Sed quid ſi ſtatuto caueat̃, ꝙ a cõſilio ſapientis appellare non poſſit, & clericus qdã appellare velit an poſſit. vi Cor. in 187. incip. in hac. nu. 12. & 13 in 4. pt.

factam in dictum consultorem fuisse & esse legitimam & debito modu & ipe factam & valere & tenere consilio standu esse, ac si infra legitimum & deb tum tempus petitum concessum fuisset. Cum igitur res iudicatæ pro veritate habeantur. l. si res iudicata. ff. de re iudi. & post eam nihil quæritur. ff. eo. tit. l. post rem. & ea quæ semel decisa sunt in vno iudicio non debeant amplius in dubium verti. l. si quis cum totum. §. si ancillam. ff. de excep. rei iud. videtur quod omnia cõtenta in dicta pronunciatione debeant reputari pro veris, & perinde sit, ac si in rei veritate ita fuissent, prout in pronunciatione dr. paria ergo sunt ista, videlicet quia infra tẽpus statuti vere fuerit consilium petitum & concessum & sm formam eius, vel quod perinde habeatur, ac si ita esset, licèt veritas sit in contrarium, sicut in si. dicimus, quod paria sunt, aliquẽ esse talem ciuem, vel haberi pro ciue, licet re vera non sit. iuxta no. per Bar. ff. de adult. l. si maritus. & l. si is qui. de vsuca. Sed certè ista procederent si coram capitaneo fuisset de hoc mota quæstio per partes & ipse seruatis seruandis sic pronunciasset, talis. n. pronunciatio diceretur tunc snia, & transisset in rem iudi. Nam tunc capitaneus assumpsisset sibi partes iudi. quæ sunt, vt de litibus & quæstionibus motis coram eo causa cognita pronunciet. C. de sen. ex peri. l. 2. Sed nõ ita fuit hic. Nam nulla lite mota coram eo super hoc, sed solum præsupposito pro constanti, quod infra tempora statuti & sm formam non erat petit. Capitaneus volens talẽ petitionem & concessionem, licet nullam, validare & roborare de voluntate & consensu partium procuratorum vtriusq; partis, sic pronunciauit, vnde dico pro hoc non sufficit ad dictã validitatem etiam interueniente partium consensu. ita determinat gl. in fi. C. de trãsac. l. si diuersa. in fi. gl. quæ dicit, sententia lata contra sententiam etiam de consensu partium non valet, nec dicit, nisi de hoc fuisset quæstio coram iudice, an prima sententia lata fuerit vel nõ, & iudex seruatis seruandis pronunciasset. In casu igitur nostro nõ dr ista pronunciatio esse sententia diffinitiua, quæ non fertur sine processu & alijs solennitatibus iuris licet de consensu partium. iuxta no. in c. de causis. de offi. deleg.

S V M M A R I A.

1 *Statuto stante quod appellatio infra octo dies debeat iudici præsentari, & aliquis appellauerit viua voce saluo iure appellandi in scriptis, tempus currere incipit a die interpositæ primæ appellationis, non autem secundæ interpositæ in scriptis, rationibus & iuribus de quibus hic.*

2 *Appellationum geminatio super eodem facto non videtur inducere pluralitatẽ appellationum, nec per secundam, tertiã, quartã tolluntur effectus quos prima secum traxit.*

CONSILIVM VII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶In dubio[a] præfati excellentissimi doct. recolẽdę memoriæ factis bene referunt, qui in lecturis suis scripserunt super dicto dubio, & maximè Bart. in l. cum procurator. in §. si dñs. ff. de oper. no. nun. vbi licet diuersis temporibus interponantur duæ appellationes, & ambæ tñ infra tempora appellandi vna tñ est appellatio, cũ secũda facta est sub commemoratione factæ prius per illa verba saluo, sibi iure appellandi in scriptis &c. prout fuit ista secunda appellatio. pro hoc. l. vnum. ff. de testa. † geminatio autem appellationum super eodẽ facto non vr inducere pluralitatem appellationum, nec per secũdam, tertiam, siue quartam tolluntur effectus, quos prima dicta appellatio secum traxit, sicut est extinxisse vel suspendisse pronũciatum, l. j. in fi. ad tertu. & l. furti. de his qui no. infa. vel effectum tituli nil nouari appellatione pendente. ff. nil no. ap. pen. & c. venientes. de ap. & quod ibi not. de iure. vel effectum cursus fataliũ ad prosequendum appellationem. & hoc quod not. in c. dilectu. de ap. in nouella in vltima gl. & sic est in snia & alijs dispositionibus, vt iteratio sit superuacua & nulla, si ea ea non auget effectus. l. j. ff. qñ prono. non est ne. l. stipulatio. §. diuus. vt leg. no. caue. & l. si creditori. de leg. 1. ille ergo qui a snia diffinitiua vel grauamine sæpius appellat, vr, sæpius loqui, nõ sæpius appellari, quia prima vt dixi traxit secum suum effectum, & sic intelligitur. c. lotarius. 33. q. j. & c. bone. de ap. in verbo plures. statutum ergo, quo cauetur quod debeat appellari infra. x. dies & appellatio præsentari infra octo dies iudici appellationis a die appellationis interpositæ computandos &c. debet intelligi de præsentatione primæ appellationis, quæ fuit propria & vera appellatio quo ad omnes effectus vt dixi, non autem a die secundę vel vlterioris. licet. n. interpositæ infra decem dies, quia talis iteratio est quædam inepta & superflua verborum multiplicatio, quæ non solet alterare substantiam vel ordinationem legis. l. pediculis. §. Labeo. de aur. & arg. leg. & sic est verisimile intellexisse statutum, dum dicit appellare, & subdit quam appellationem &c. & sic loquit de vna appellatione, & de prima. arg. l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. & c. non potest. de præben. lib. 6. Et confirmatur hoc, quia terminus octo dierum ad præsentandum appellationem, est præfixus a statuto, & statim post appellationem interpositam incipit currere, appellare ergo iterũ ab eadem snia non potuit interrumpere cursum dictorum octo dierum ad præsentandum appellationẽ & dare sibi nouum, quia in x. diebus decies appellando singulis diebus esset in potestate sua extinguere cursum temporis iam incboati, & pluries principiũ sibi dare in præiudiciũ aduersarij, cui est ius quæsitũ ex prima appellatione quo ad terminum ad prosequendum eã, ergo eo inuito non põt ab ea recedere. c. ab eo. de elect. lib. 6. & l. si post mortem. §. fi. de contra. Cũ. n. duæ sint prouisiones super eodẽ, quarum vna per prius operatur, q̃ altera qui potuit vti a vti & est vsus ab vsu alterius est exclusus.[b] l. si fundum. §. si ab impubere. de leg. 1. legis nanq; siue statuti ordinatio in momento operatur effectum suum nec alia prouisio hominis põt eã alterare siue mutare. vnde dicit lex quod nõ est amplius pro hærede gerere quippe iam hæredi. &c. ff. de hære. insti. l. si liber homo. §. Titius. pro hoc quod scribitur in c. 1. de constit. lib. 6. in fi. in illa. q. vtrũ si iudex statuat aliũ terminũ q̃ præfixum in illo. c. caueatur. videatur recessum ab illa prouisione. & tenet quod nõ, quia præfixio iudicis reperit iam causam deuolutam per illud. c. vnde lex, quæ est principaliter agẽs, velocius operatr q̃ iudex eius minister, quicquid agit agit in virtute. l. facit l. post mortẽ. de leg. 1. ¶Per prædicta dico quod id quod dicit Ioã. And. in d. c. cũ bonæ. quod si quis sæpius appellauit est vtile, quia non a prima sed a secunda incipit cursus tpis ad prosequendã appellationẽ, non vr probabile, nã contra hoc faciunt & vrgent prædictæ rationes, nec vr protestatio nec reseruatio de qua in dicta appellatione aliquid operari contra statuti deuolutionẽ & termini præfixionẽ, quia non põt ea vtraq; parte vti prima & secunda vt probaui, protestatio ergo siue reseruatio nihil prodest. c. vt quis duas de elect. lib. 6. Ex quo etiã põt colligi decisio, quod sicut ibi electus a diuersis habet electionẽ quã ex eis eligat, ita volẽs appellare habet electionem, an in scriptis, an in voce. C. de appel. l. litigatoribus. Electa ergo via appellandi viua voce videtur exclusus a via appellandi in scriptis. l. quod in hæredem. §. eligere. de tribu. & l. j. de fur. nec reseruatio redeundi ad aliam viam aliquid operatur, vt d. c. vt quis duas. dominus tamen Bal. in l. appellatione. C. de appellat. tenet quod ad inducendã desertionem, per lapsum anni computetur annus ex tempore secundæ appellationis, non ex tempore primæ. Sed opi. Bart. in d. l. procurator. §. si dominus. videtur probabilior & eam sequor in l. j. §. libelli. ff. de appellat. vt etiam ibi scripsi postquam per primam appellationem sententia est rescissa & ad superiorem deuoluta, ea ea debent fatalia habere principia sua, & ad illam debet haberi relatio quo ad desertionem, sicut quo ad tractum retro & alios effectus, de quibus. s. dixi.

S V M M A R I A.

1 *Pater si est comitatensis & bona sua sibi ascripta tanquam comitatensi, filii vero sint ciues, patre mortuo debet fieri descriptio in æstimo ciuitatis & præstantiæ ciuitatis præstanda rationibus de quibus hic.*

2 *Sine fortis ex persona conditio obligationis non debet immutari.*

CONSILIVM VIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶†Ista bona paterna nouiter ad ser Nicolaum & Antoniũ prouenientia forent iam eis descripta in libro præstantiarum ciuitatis Florentiæ, & pro ipsis præstantias soluerunt vt ciues, nullum esset dubium quod non deberent nunc in nouo æstimo comitatus poni. Nec ad hunc finẽ vt bis pro eisdem soluant, scilicet vt ciues ex prima descriptione & vt comitatenses ex secunda, cùm pro eisdem non debeant duplici onere grauari.[c] ff. de leg. 3. l. Titia. §. qui in vita & quod no. glo. C. de mulie. & in quo loco. l. nec etiam. ad hunc finem vt per hanc secundam descriptionem æstimi recedatur a prima descriptione præstantiarum, quia cùm communitas floren. primam viam descriptionis elegisset, illa sola sibi patere deberet. ff. qđ metus causa. l. mulier. in fi. nec posset ad aliam redire, quæ cũ prima concurrere non põt. arg. C. de iur. l. j. de pactis. l. rescriptũ. §. si pacto.

a ¶In dubio. Ad istũ cõsult. p Pau. de Cast. vi de Old. in cõsil. 1. idẽ ꝯsultantẽ. & latius & copiosius p Bal. in cõsi. 401. 1. p.

b ¶Exclusus. Hæc eadẽ uerba habes p Old. in d. cõsi. a in princip.

c Grauari. Adde idẽ p d. Bar. So ci. in cõsil. 2. inci. vi debat. ver. sed cõtrarium ibi. non. n. dẽt, in s. p vbi & in uersi. confirmat ista ꝯclusio, dicis quod collecta de iure cõi ipon untur ciuibus & incolis p rebus existentibus in alieno territorio si in illo loco sit fuerit collecta iposita. p qua materia vide & q̃ habentur per eũ in cõsi. 19. incip. præstantissimi. versi. circa primũ pri mo. in prima part. & p Bal. d. in consi. 138. in j. parte.

&o.l.qđ. in hæredem.§.eligitur.de tribu.de opti.le.l.apud aufidium.cum si.& ad hæc tendunt ea q̃ scripta sunt. s̃.maximè p primos eximios consultores. ¶ Si verò dicta bona non sunt adhuc dictis ser Nicole & Antonio descripta in libro præstantiarum ciuitatis, nec adhuc pro ipsis soluerunt præstantias ut ciues, sed potius a tpe mortis patris soluerunt uetus æstimum comitatus ex conuentione habita cum fratribus, ut proponitur, cùm nunc de nouo æstimo comitatus, quæritur an in eo debeant describi prout hactenus in ueteribus fuerunt descripta, an uerò potius a sint describenda in libro præstantiarum ciuitatis. hic est casus noster, de quo præsentialiter q̃ritur. hic.n.agitur de descriptione fienda de nouo in quo libro fieri debeat, nunc.n.quod fiat in utroq;, sed in altero non dr̃ q bis debeat soluere pro eisdem rebus. ad rõnes prædictorum doctorum tendunt, sed semel tñ, dubitatur tñ qualiter. An tanquam ciues attenta persona ipsorum, an tanquam comitatenses attenta persona patris & aliorum antecessorum. ¶ Et vr̃, q ipsi a tanto tpe habitauerunt in ciuitate & fuerunt tractati & præstantiati ut ciues, & nunquam ut comitatiui ut proponitur, hoc idem sit obseruãdũ quo ad alia bona aliũde quæsita uel quæ hñt in ciuitate quo ad tp̃s futurum. Cæterum bona de quibus agitur, vñr describenda in æstimo comitatus, sicut hactenus fuerunt apud parentes, & sic trãslatio fienda nõ sit, ut C.de testa. l.testamenta oĩa. † Nã ex persona successoris ꝯdõ obl̃onis non debet immutari.ff.de uerb.obli.l.a.§.his igitur. Et hæres potest conueniri ubi & defunctus poterat non obstante quocunque proprio priuilegio.ff.de iudi.l.hæres absens.in prin. Item p n text.qui vĩ in fi.determinare.C.de agri. & censi.l.cũ scimus.§.illud. Item per reformationem nouiter editam, ne aliqua sequatur absurditas, qđ pro his bonis soluant tanquam comitatenses prout parentes eorum soluerunt, & ẽr ipsi a tpe mortis patris & pro alijs aliunde quæsitis soluant ut ciues, ꝑut ipsi hactenus soluerunt, cã diuersitas ex diuersitate bonorum & cãrum ꝑcedat.ff. de opti.le.l.si pur°.§.qui duos.& quod ibi no. ¶ His nõ obstantibus dico ꝯrium..s.qđ non sunt describenda in æstimo comitatus, sed in libro præstantiarum ciuitatis, nec amodo debent ꝑ eis soluere ut comitatenses, sed ut ciues.& probat̃ sic. Isti ser Nicola & Antonius licet nati sint ex parentibus comitatensibus, eñ ciues semper fuerunt.l.q ex uico.ff.ad munici. s̃.p alios alleg. habebant tñ istam qualitatem, q̃a non erãt ciues puri & meri, sed cum ista qualitate.s.q̃a comitatenses, ex qua ꝯdõ ipsorum determinata reddebat̃ aliter q̃ sit ꝯdõ ciuium simplicium; poterat ergo ciuitas florentiæ a principio & semper uti iure illo cuiusdam quasi seruitutis, quod habebat in eos & tractare eos & talliare ut c comitatenses, si noluisset. Sed cum nunquam fecerit imo eos recepit ad habitationem ciuitatis, nec unquã talliauit eos ut comitatenses a 20. annis & ultra, ut ꝑponit, sed potius ut ciues ad 9. annos citra ius illud, qđ in eos habebat tanquã in comitatenses, ꝑdidit locũ tpis nõ usu, & ipsi ab illo nexu liberati sunt, & solũ retinuit ius qđ in eis habebat, ut in simplicibus ciuibus, quo tñ iure ciuitas circa ipsos vsa fuit. hoc ꝑbat̃. ff.de aquæ plu. arc.l.si prius.in prin.quẽad.ser.amit.l.si quis alia. & l.si cõem.§.1. C.de long.tẽp.p̃scrip.q.ad liber.ꝑcla.nõ li.l.2.in fi.tũc arguo, ex quo ipsi ser Nicola & Antonius quo ad eorum personas reputant ꝑ puris & meris ciuibus p dictam tractationẽ de ipsis ut ciuibus, non ut de comitatiuis ut dixi &c.& oĩa bona eis obuenientia debent eodem iure censeri tanquã.s.bona ciuium, non tanquã comitatensium. quod ꝑbat̃, q̃a bona tanquã accessoria seq debent ꝯrium personæ tanquam principalis.ff.de pecu.le.l.1.2.& 3. Secundò, q̃a unius hõis vnicum debet esse p̃rimonium, & nõ plura.ff.de excu.tu.l.iuris peritos.§.cum ordi.nisi sit miles, q potest hr̃e plura. item illud unicum p̃rimonium debet esse uniforme nõ diuerso iure censeri.ff. de usu.cũ q. Sed si aliud diceremus, q dictum sit, sequeret̃ uel qđ idẽ homo haberet duo p̃rimonia, uel haberet unicum qđ duplici & diuerso iure cẽseret̃.s.tanquã ciuis & tanquã comitatensis qđ esse nõ debet.de decimis.c.cũ in tua. Sequeret̃ q una eadẽ p̃sona censeret̃ ut ciuis, & ut comitatensis, qđ ẽt esse nõ debet p dicta iura. Ad idem facit, q patrimonium est quid vĩe quod recipit augmentum. Sed iuris est de augmento, qđ erat de ipso vĩi cui sit.ff.de fun.instru.l.ꝑe.de pac.dota.l.inter socerum.§.cũ inter.C.de iure do.l.ẽt & qđ ibi no.ff.de pig.act.l.si cõuenerit.§.si nuda.& qđ ibi ẽt no. p doc. Et sic iusta bona nouiter obuenientia debent eodem iure censeri quo prima, & describi ubi erant alia descripta. Ad idem facit, q̃a si bona faciunt transitum de persona non priuilegiata ad personam priuilegiatam, sequuntur ꝯrium illius personæ, ad quam trãseunt. extra de iurepatro.c.1.lib.6.ff.de iure fisci.l.fiscus.de decimis.c.1.in fin.cle. Vñ patet ex rebus, q si alicui ciui florentino obueniret̃ bona existentia in territorio senensi, deberet per illis imponi collecta uel præstantia quæ sunt bona personalia pro rebus imposita in ciuitate floren. ubi est persona non in ciuitate senarum ubi sunt a bona. [a] ar.l.magis puto.§.illud quæri.ff.de reb.eorũ.& ista ẽ cõis opi. Consuluit ẽt vir recollendæ memoriæ Fede.de se.in ꝯsi.146. q si monasterio existenti in diœcesi florentina obuenerint bona in diœcesi aretina, q dicta bona dñr esse in diœcesi florentina, ubi est principale monasterium. & idem de quibuscunque bonis alibi situatis, ut sic eiusdem monasterij patrimonium non censeatur diuerso iure. de priuile.c.quia circa.1 a. q.a. c.cognouimus. igitur eadem rõne pro bonis obuenientibus ciuibus debent cõtribuere in ciuitate, ubi sunt personæ, non in comitatu ubi sunt bona. Nam dignum est, ut qui cum alijs ciuibus similem uiam susceperunt, similem sentiant in legibus disciplinam. de sta. mo. c. recolentes. non ergo debent ser Nicola. & Ant. contribuere cum comitatiuis, a quibus translati sunt ad ciuitatem per longi tpis cursum & patientiam, ut dixi; & sic nil hñt in cõe cum eis & eorum consortio. 1 1.q.3.c.si quis translatus. 16.q.1.ne pro cuiuslibet.de priui.c.pe.& qđ no.eo.c.seq.q.1.c.3.sed ciuibus, cum quibus similem uitam gessit, & semp gesserunt.ar.in d.c.recolentes.

¶ Nec obstant ꝯria. Et primò nõ ob. quod ab antiquo sic fuerũt b præscripta.& sic antiquitas vr̃ obseruanda.[b] nam uerum est, si res esset in eodem statu & rebus sic habentibus, alias secus.ff.de lo. l.cum quis.in prin.& l.si cum cornelius.de cond.ob cãm.l.quod seruus.& ibi no.de confir.tuto.l.utilitatem. & in confirmando. Sed hic res non sunt in eisdem terminis, nam antiquitus fuerunt descripta in comitatu, quia domini possessores erant comitatiui, sed nunc sunt ciues meri.& sic ex quo personarum conditio fuit immutata, statũ etiam rerum conuenit immutari. C.de impo.luc. de script.l.1.in fi.lib.10.in auth.de ede.titu.§.ad hæc. Et comitatensia etiam dicta bona per mutationem personarum & nouorum dominorum esse desierunt & inceperunt, ut sic dicam esse ciuilia. arg.ff.de acqui.hære.l.per procu.§.fi.de inoffi.testa.l.fin.

¶ Item non obst. q ex persona hæredis non immutatur conditio obligationis, nam uerum est de obligatione contracta contra defunctum, sed nos loquimur de ꝯhenda contra hæredem, qualiter debeat contrahi & certe inspecta persona sua, nõ defuncti, c cuius personam in hoc hæres non repræsentat, [c] quia non ob. hæredi. ¶ Item non ob. quod per plures annos soluit æstimum. Nã non sequitur, quod in futurum soluere cogatur. C.de pact.l.si certis annis. Soluit uoluntariè, & sic non præiudicat in futurũ. C.de excu.tu.l.uoluntarie. consensus.n.tacitè, qui ex actibus aliquibus colligitur, ultra illos actus uires non ostendit. C.ne uxor pro mari.l.fi.ff.de iti.actuq; priua.l.1.§.iulius. facit de legat.2.l. lucius.§.testator.si ser.uen.si cum proprijs.de oper. liber. l.operis non impositis. ¶ Item non ob. l.cum scimus.§.illud.de agri. & censi. nam ibi loqnitur de quodam seruitio naturali, quod debebatur a patre ascriptitio & filijs suis. vnde si illud præstatur a patre solo, uel cum aliquibus ex filijs, ab alijs autem filijs per lõgissimum tempus non fuit præstitum nec fuit peritum, quia non expediebat ex quo pater integraliter præstabat, certè non præiudicabitur domino de prædij quominus patre prædicto ascriptitio mortuo possit ad prædium reuocare illos filios, qui nunquã præstiterunt, & ita dicitur ibi. sed casus noster est diuersus, quia non agitur de seruitio reali, sed personali, quod propter res imponitur, ut not.doct.in l.rescripto.§.fin. ff.de mun. & hono. Et sic debent uariari s̃m uarietatem personarum. non enim agitur de reuocando istos ad commitatum, sed de modo generandi ipsos pro rebus nouiter obuentis. ¶ Item non obst. reformatio: nã illa locum haberet si Vannozius hodie uiueret habitaret & præstantiaretur Floren. nam ex hoc non euitaret æstimum comitatus, & hoc uult reformatio, sed ex quo mortuus est & bona sua deuenerunt ad istos qui sunt ciues, non loquitur reformatio, dum dicit q persona existens in æstimo comitatus, quia isti non sunt in æstimo, sed pater; nec inquantum dicit de partita. Nam respondeo proui. s̃. per alios est responsum & sic stamus iuri cõmuni quod est ut s̃. dixi.

a ¶ Bona. Vide Cor. in cõsi.81.in ci. circa. p totũ. in 4. parte. ubi ponit nunquid forenses possidẽtes bona in districtu mundani possint cogi ad collectas per homines du mundano.

b ¶ Obseruãda. Facit quod hr̃ in consi. 337. in 1 parte. q antiquitas dat authoritatem & fidem.

c ¶ Non repræsentat. Ad de d. Bart. Sozi. in ꝯs. 247. inci. in p̃senti. uer. confirmat̃ ista conclusio. in 2. parte. q onus quod ponitur rei non hæreditati cõ templatione p̃sonæ. sed ad quẽcunque transit cũ onere.

SVMMARIA.

1 *Electione acquiritur ius absenti, cum ad acceptandum officiũ uel illud ad quod eligitur potest cogi, quia etiam in uoluntarijs acquiritur ius.*

2 *Officio priuatus quis censetur per sententiam latam super crimine, licèt mentio non fiat, quando per sententiam imponitur pœna continens maximam uel mediam capitis diminutionem.*

Hoc consiliũ ita imperfectum esse in ueteribus etiam codicibus deprehendimus.

CONSILIVM IX.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Præmitto, quod in dicto officio statim facta dicta electione fuit quæsitum ius de eo etiam ante acceptationem, cum ad ipsum suscipiendum potuisset cogi, ut expressè no. Bar. ff. de dã. inf. l. absenti. fortius post acceptationẽ, postquam etiam in uoluntarijs ius acquiritẽ. de præben. c. si tibi absenti. lib. 6. cũ alia confirmatio non requiratur. Videnda ergo sunt duo. Primum est, posito quod in dicta sñia nõ fuisset facta mentio de officijs, utrum de iure cõi ex sola sñia lata super crimine censeretur priuatus dicto officio. Secundò quid iuris sit, attentis uerbis dictæ sñiæ. ¶ † Circa primum sciendum est, quod si lata esset sñia super crimine cũ impositione talis pœnæ, quæ maximã uel mediam capitis diminutionem inferret, puta mortis naturalis uel ciuilis, per quam perdatur ciuitas & libertas, uel sola ciuitas; tunc non est dubium, quod eo tẽpe censeretur, licet expressè dẽm non esset oĩbus officijs, etiam quæ tunc haberet de publico. & est rõ duplex. Prima, quia per tales pœnas status hominis totaliter consumitur. ff. de uari. cogn. l. cognitionum. §. consumitur. & sic non remanet subiectum, in quo directa officia præexistant. fundantur enim in statu ciuili, qui consumptus est. igitur &c. ff. de pœnis. l. quod ad statum. & l. qui ultimo. quod ui aut clam. l. nam origo. Secunda ratio, quia.

SVMMARIA.

1 *Creditores unius banniti non possunt petere sibi satisfieri in bonis aliunde existentibus, nisi cum bona confiscata non sint sufficientia.*

2 *Fiscus tenetur satisfacere creditoribus condemnati de bonis confiscatis in loco condemnationis.*

ALLEGATIONES.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Licet illi qui contraxerunt cum Nicolao Bergamino Ferrariæ cẽseant habuisse respectum ad totum patrimoniũ, quod d. Nicolaus ubique habebat. ff. de Pecul. l. hunc quæritur. §. potest, circa medium, quia non nisi unum patrimonium habere dicebatur, licèt in diuersis locis haberet bona. l. iure peritus. §. cum omnibus. ff. de excus. tuto. in

1 fin. † Attamen intelligitur hoc ordine successiuo, ut per prius ad bona existentia Ferrariæ, maximè quia plura erãt, & quod de illis primo loco satisfieret. Secundò ad existentia Venetijs, ut de illis satisfieret in solidum alijs non sufficientibus ut d. §. põt. uer. certe. De tribut. l. procuratoris. §. si plures. De testa. mil. l. si certarum. §. 1. & sm eundem ordinem intelligitur constituta hypothecana, si qd debitum erat cum hypotheca bonorum: Cum illa regulentur secundum ordinem personalis actionis quæ est principalis. l. 1. §. fi. C. cõmu. delega. l. & si non sint. §. peruentamus. & l. cũ aurum. in

2 fi. ff. de aur. & arg. leg. & in regula accessorium. de reg. iur. † Vñ cum bona confiscata Ferrariæ sint sufficiẽtia, fiscus ille debet soluere, nec habendus est recursus ad bona existentia Venetijs. l. si tutoris. C. ad l. iul. de ui. Laus Deo omnipotenti. Et ita dico & iuris esse censeo ego Paulus de Castro. I. V. D. ideo me subscripsi & sigillo meo consueto signaui.

¶ Subscriptio.

¶ Ego Antonius Rosellus. I. V. D. ac sacri Concistorij D. Papæ aduocatus, & pauperum, ordinariam regens cathedram Iuris Canonici de mane in felici studio Paduano arbitror præfactã sñiam D. Pauli Doctoris eximij recipi posse. Nam qñ aliquis est damnatus pro aliquo delicto ex quo. de iure cõi bona uenirent publicanda, tunc quælibet ciuitas, quæ habet iura fiscalia, põt dici procurator in rem suam fisci, nam ad suam utilitatem utuntur iure fiscali. hoc no. Bar. in l. 1. C. de sum. Trin. & fi. cath. in fin. ita quod ex concessione principis tacita uel expressa distinctę uĩr istę bursæ fiscales modos. Sic in pluribus tutoribus, qñ diuersæ sunt administrationes per diuersas regiones prius conuenitur quinque de his quæ contingunt in sua regione. l. fi. C. de Auct. præst. facit. l. 3. §. si plures. uer. quod si per regiones. ff. De custo. bon. dam. facit. l. 3. C. si ex plur. tut. & l. C. de peric. tut. ad hoc. l. si qñ. la 2. C. de bon. uac. lib. 10. ubi est expressum. facit. l. fi. C. de Auct. præstã.

Et ita iuris esse dico unde me subscripsi & sigillo meo consueto signaui.

SVMMARIA.

1 *Pignoris & hypothecæ, ius extinguitur, si res hypothecata aliũ uendatur & tradatur, & illam quietè & pacifice possideat spatio 10. annorum prædicto titulo, maximè cum habens hypothecam & emptor sunt in eodem territorio.*

2 *Forensis possidens bona in aliquo territorio potest uti statuto illius territorij disponente circa præscriptionem, nisi statutum specificè disponat in personas subditas.*

3 *Possessio tam ciuilis quàm naturalis transfertur per simplex constitutum.*

Possessio ciuilis tantum transfertur per constitutum autem precarie, & non censetur appositum per notarium nisi mos sit notarij apponere.

3 *Constitutum cum precario licet non præiudicet habenti ius hypothecæ, tamen sibi præiudicatur per negligentiam, cum scit rem ab alio possessam & tacet. & idem est si est notatus, circa omnes casus amittit ipsam rem quam habet negligendo, nec lapso dicto tempore posset recuperare amissam possessionẽ. cui plus iuris habeas creditor quàm si haberet pactum ingrediendi propria authoritate.*

5 *Clausula, quorum bonorum &c. si reperiatur in instrumento, quando censeatur apposita clausula intrandi propria authoritate.*

6 *Clausula cuius principium non est appositum in protocollo non censetur per notarium apposita. & 5.*

7 *Fideiussor uenditoris potest suscipere in se iudicium pro interesse suo aduersus prætendentes ius hypothecæ.*

8 *Officium iudicis implorare potest ille qui per fisõ possedit titulo & bona fide spatio debito, ut silentium imponat aduersario.*

Præscriptio non interrumpitur per tenutam datam habenti ius hypothecæ super hypothecaria sed lit. contest. requiritur.

9 *Præscriptio non interrumpitur per litis contestationem factam cum principalibus contra possessorem, non enim litis contestatio porrigit effectum extra personas cum quibus fit.*

CONSILIVM X.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Si uera sunt, quæ in themate proponuntur, quod ille Antonius tenuit & possedit dictum castrum spacio. 10. anno. & ultra pacificè & quietè ex dicto titulo emptionis non expedit per singula dubia. sũ. scripta dis-

1 currere. † Nam cum partes sint in eadem prouincia. i. in eodẽ territorio, tàm actria quàm possessor, & sic pro pñtibus reputantẽ. ut in l. fi. & qd ibi no. C. de præscrip. longi temp. Certum est, quod spacio tãti tẽpis omne ius pignoris & hypothecæ competens alijs dñabus super dicto castro fuit extinctum. C. si aduer. l. 1. & 2. & per qñs oĩa ficta possessio competens ex constituto & omnis licentia ingrediendi, posito quod sub dictis principijs clausularum comprehenderentur sibi sunt sublatæ tanquam accessoria principali extincto. ut in regula iuris. Et cum hæc sit dispositio iuris cõis competit & prodest Anto. in curia senensi, licet non sit senensis uel de senensium territorio, quia ius cõe oĩbus patet. ff. de pœnis. l. capi-

2 talium. §. ad statuas. † Quinimo dico, quod si dictum castrum est in territorio senensi, licet dictus Anto. sit forensis, põt allegare pręscriptionem orientem ex statuto senensi, cùm in hoc seruandum sit statutũ loci, ubi res situata ẽ, ex quo agiẽ de iure ipsius rei. C. de ædi. priua. l. an in totum. & no. Bar. in l. cunctos populos. in 1. q. principali. ami. in qua tractat de his, quæ non sunt contractus nec delicta, nisi statutum disponeret solum in personis senensium ciuiũ. C. de testa. l. fi. & l. si non speciali. ff. de iure fis. & l. si attẽto cum si. ¶ Posito aũt, quod prædicta cessarent, & quod dictum ius pignoris uel hypothecæ non sit extinctum præscriptione, uidendum est subsequenter quid de possessione. Et hic uidendum est primò, an ex dictis clausulis procollis abbreuiatis possit dici translata posses-

3 sio in dictas dñas, & quę. ¶ † Et bẽ puto, quod sub illa clausula, quorum &c. contineatur constitutum simplex, per quod tàm ciuilis quàm naturalis possessio censetur translata. l. quod meo. ff. de acq. poss. & sic ex tunc d. Nicola. tanquam procurator uĩ possedisse pro dictis dñabus. Nanq; clausula simplicis constituti consueuit cõiter ab omnibus notarijs apponi. igitur &c. iuxta no. per Bar. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. ¶ Constitutum verò non simplex, sed cum precario, per quod transfertur ciuilis, & remanet naturalis. ut l. qui pignoris. de acqui. pos. & no. Bart. co. tit. l. interdum. non puto contineri, nisi notarius ille consueuisset in suis instrũis eam apponere, quia ut plurimum non apponiẽ. igitur &c. l. nam ad ea. ff. de legi. & sic responsum est ad primum, & ad secundum dubium, uel quæsitum. ¶ Secundò uidendum est, posito quod oĩs possessio fuisset translata per simplex constitutum, uel ciuilis tantum per constitutionem precariam, utrum hodie durent. ¶ Et hoc dico quod non. nam posito quod oĩs possessio fuisset

translata,

translata, dico ꝙ ex quo postea filij dicti D. Nicolai, q uidebãtur possidere ꝓcuratorio noĩe dictarum dñarum, uendiderunt & uere tradiderunt d. Anto. dictum castrum, statim dictas dñas priuauerunt omni possessione. ff. de acqui. pos. l. 3. §. quod si seruus. & no. eo. tit. l. peregre. §. qbus. per Bar. C. cõia de usuca. l. j. & de acquir. pos. l. fin. per gl. tradidisse autem vr̃ seu præsumitur, ex quo præcessit uenditio, & in possessione reperitur dictus emptor. ff. de rei uen. l. quædam mulier. & ibi no. C. de acqui. posses. l. minus instructus. ¶ Licèt ergo per simplex constitutum contentum in instr̃o venditionis dicti castri non fuerint dictę dñæ priuatę possessione, quia illa est ficta traditio. l. quanuis. §. 1. ff. de acqui. pos. tñ per ueram traditionem subsequutam bene fuerunt priuatæ, ꝑ iura. s̃. alleg. & ita debet intelligi & limitari quod no. Bar. in l. celsus. ff. de usuca. in 3. col. ¶ † Si uerò dicamus, ꝙ fuerit constitutũ non simplex, sed cum precario, & sic fuerit translata ciuilis, & remansit naturalis, tunc non solum per ueram sed etiam per fictam traditionem non factam in instr̃o traditionis. s. constituendo se emptoris noĩe possidere, vr̃ ipsas dñas dicta possessione ciuili priuasse, & eam unà cum naturali, quæ erat apud dictos venditores, in emptorem transtulisse. ꝑ gl. quæ est in l. interdum. §. fin. de acqui. pos. quæ ẽt vr̃ tenere Bar. in d. l. cellus. in 3. col. ¶ Sed ueritas est, ꝙ isto casu, cùm apud dictas dñas esset ciuilis tm̃, apud uenditores naturalis, & quilibet possideret suo iure. s. dictæ dñæ ꝓ iure pignoris ciuiliter, & dicti uenditores iure precario naturaliter, posito ꝙ ad eos precarium fuisset transmissum, quod certe nec per fictam traditionem factam in emptorem nec per uerã fuisset translata, nisi naturalis possessio quæ apud uẽditores fuisset, per gl. quæ est in l. 1. circa fi. ff. vsufr. quẽ ad. ca. in gl. fi. & l. 3. §. vñ vi. ff. de ui & ui ar. quæ incipit. retinuit ergo. & no. Bar. & melius in l. creditores. in fi. 4. qõnis; ibi melius loq̃tur q̃ in l. celsus. quo ad hunc passum. & sic remansisset ciuilis penes dictas dñas, q̃ nec per ueram nec per fictam traditionem fuisset translata in emptorem nec abdicata a dictis dñabus. ¶ Sed ex alio capite dico, ꝙ isto casu dñæ perdiderunt dictam ciuilem per negligentiam, cùm sciuerunt naturalem translatam in dictum emptorem, qui non recognoscebat eas nec precario ab eis tenebat, & sic interuersa fuit possessio, & statim uel incõtinenti non recuperauerũt. nam per negligentiam commissam in non recuperando naturalẽ occupatam per tertiũ incõtinenti perditur ciuilis. ff. de ac. pos. l. quanuis saltus. & eo. tit. l. si de eo. §. si forte. in fi. & ibi expressè per Bar. quinimo etiam si nõ fuisset per alium occupata, sed post mortem D. Nicolai stetisset uacans per. 10. an. perdidissent dictę dñæ dictam ciuilem per negligentiam tanti tp̃is.[a] l. furtum. §. 1. ff. de vsuc. & no. per Bar. in d. §. si forte. & per gl. in l. si id quod. in priu. de acqui. pos. & l. 1. de ser. fugit. C. & l. licet. C. de acqr. poss. ¶ Concluditur ergo ex prædictis. Primò, ꝙ si in dictas dñas fuit translata ciuilis & naturalis possessio per simplex constitutum, ꝙ tunc per ueram traditionem factam dicto Anto. fuerunt priuatæ ambabus & translatę in dictum emptorem. per d. l. 3. §. quod si seruus. de acqui. pos. non aũt per fictam q̃ resultat ex constituto contento in instr̃o uenditionis l. quanuis. eo. tit. ¶ Secundò concludo, ꝙ si in dictas dñas fuit translata ciuilis tm̃ & remansit naturalis per constitutionem precariam, ꝙ tunc nec per ueram traditionem nec per fictam fuerunt dictæ dñæ priuatæ dicta ciuili, sed solum fuit in emptorem translata naturalis. per gl. s̃. alle. Sed per negligentiam primam commissam in non recuperando naturalem tm̃ fuit ciuilis amissa. per not. in d. §. si forte per Bart. quousq; tm̃ uixisse d. Nicolaus talis negligentia non posset imputari si ipse continue possedisset, & possessionem nõ interuertisset, quia cum precario ab eis possideret, nulla negligentia eis imponi posset. C. de præscrip. an. l. malè igitur. ¶ Ex his ẽt dico, quod id ꝙ no. Bar. in d. l. creditores. in fi. 4. q. ubi dicit, qñ in creditorẽ fuit translata possessio per constitutum simplex, uel cum precario, plus iuris sibi competit ꝫ singularem successorem, q̃ competeret per solam licentiam ingrediendi, q̃a tunc põt ipsum ẽt resistentem repellere ꝓ defensione suæ possessionis. Dico ꝙ hoc ꝓcedit, cùm incontinenti, postq̃ in singularem successorem possessio est translata, hoc uult facere; nam tunc vr̃ possessionem sibi interuersam recuperare, qđ sibi licet incontinẽti. l. q. possessionẽ. ff. de ui & ui. ar. alias si ex interuallo, hoc nõ posset; q̃a ĩ oẽm casum perdidisset oẽm possessionem ſm ea q̃. s̃. dixi. & sic ex interuallo non posset propria authoritate ꝫ resistentem uiolenter recuperare. ff. de ui & ui ar. l. 3. §. cum igitur. ¶ Concluditur ergo, ꝙ cùm in casu nr̃o d. dña Testina fuerit priuata oĩ possessione, ꝑ ea q̃ dicta sunt, nullo modo põt se iuuare uirtute constituti contenti sub dicto principio clausulæ, vcȝ quorum &c. qualecunq; fuerit dictum constitutum. & sic remanet discutiendum solum de licentia ingrediẽdi. ¶ Præsupposito igitur, ꝙ ius pignoris ista dña non perdiderit, sed tm̃ possessionẽ, q̃ritur an dictum ius pignoris possit exequi ꝫ singularem successorem uirtute licentiæ seu pacti de ingrediendo. ¶ † Et hic uidendum est, primò an sub illa clausula, quorum &c. contineatur talis licentia quod est tertium dubium in ordine. Et certè puto ꝙ nõ. nam istæ sunt clę diuersæ. s. ꝙ debitor constituat se possidere noĩe creditoris, & ꝙ concedat eis licentiam ingrediẽdi propria authoritate. qđ patet; quia sub diuersis orõnibus & diuersis uerbis principalibus comprehendunt. iuxta no. Bar. in l. 1. §. coniñcti. & l. in repetendis. de leg. 3. cum igitur dixit, quorum &c. sub illa dictione &c.[b] comprehendunt oĩa, quæ restant ad perfectionem unius orõnis. l. cũ pr̃. §. cũ imperfecta. ff. de leg. 2. q̃ sunt ista vcȝ, quorum bonorum possessionẽ cõstituit se noĩe dicti talis creditoris tenere, quousq; corporalem possessionem fuerit adeptus. totum hoc contineret sub illa dictione, &c. quod aut subijci solet, q̃ accipiendi & retinendi sua propria authoritate licentiam & authoritatem concessit &c. † hæc est clā, q̃ sub illa non comprehendit, sed ita demum censetur fuisse apposita, si principium eius in ꝓtocollo reperit. s. quam &c. consueuerunt. n. notarij principia cuiuslibet clæ apponere. & illa, cuius principium non est appositum, non censet interuenisse. per ea q̃ no. in d. l. gallus. §. idem credendum. & d. §. cum imperfecta. ¶ Posito verò, ꝙ cõprehenderet dicta lnĩa sub dicta clā, q̃ritur an possit exerceri ꝫ istum Anto. singularem successorem. ¶ Et hic bř dico, ꝙ ex isto capite, ꝙ ipse sit singularis successor, non puto dictam dñam excludendam ab usu dictæ licẽtiæ, cum ipsa fuerit orta ante alienationem; eo q̃a debitum erat liquidum & determinatum, & sic transit ꝫ quẽcunq; singularem successorem ſm cõem opin. a qua pro nunc non recedo, & sic sit rñsum ad quartum quæsitum. ¶ Et ex alio puto, ꝙ uti non possit, q̃a d. Antonius de facto resistit, non dico ꝙ sola uoluntas ꝫria d. Antonij repellat dictam dñam a dicto usu, sicut nec sola uoluntas debitoris, sed uoluntas cum facti resistentia, ne sit cã maioris tumultus, qđ pacto induci non põt. ff. de reg. iur. l. non est singularis. & no. Bar. in d. l. creditores. in 4. q. priu. post princ. Nec igitur uirtute possessionis põt ingredi d. dña sua authoritate, quia nullam habet, nec uirtute licentiæ, quia non apparet ex protocollo fuisse data, & si quæ data fuit non põt exerceri ꝫ resistentem de facto, ut ex prædictis apparet. ¶ † Nunc ad sextum quæsitum ueniο, ĩ quo dicit, ꝙ dicti fideiussores pñt in se iudiciũ suscipe inuito actore non aĩo nouandi ut liberetur possessor, sed tãquam ꝓcuratores in rem suam. s. ꝓ suo interesse, & ut in eos fuit executio sñiæ, cùm ipsi de euictione teneant. ꝑ l. sed & si lege. §. item si rem distraxit. in fi. ff. de peti. hære. & expressè & clarè per Bart. & post Dy. in l. solutionem. & iudicium. ff. de solu. eadẽ. n. rõ est in eis, q̃ in uenditore, hoc tñ dico cum limitatione ibi per eos notata. & hoc mõ ueniendo vr̃ eis permissum posse opponere exceptionem præscriptionis statutariæ ex persona ꝓpria, licèt ipsi Antonio non competeret per tex. in l. idem qđ. §. & gñaliter. in fi. ff. man. & per ꝓcur. ad exhibendum. §. 1. ff. rem ra. ha. & ibi expressè per Bar. & sic sit rñsum ad 6. & 7. quæsitum. ¶ Nunc obs. si dicat qđ dicta iura loquuntur cum agit ad pecuniam, & sic æque fieri põt executio in defensores, sicut in principalem, sed in ꝓposito agitur & parter ad rem, & sic executio sñiæ non posset fieri in dictos defensores non possidentes, vñ non vr̃ admittendum. nã dico licet agatur hypothecaria actione, intentio actricis nõ est simpliciter in consequendo rem, sed pecuniam sibi debitam. hoc est ẽt lata sñia super rem hypothecariam ꝫ debitorem uel possessorem soluendo id, qđ debetur, liberatur a restõne rei & a sñia. ff. đ pign. l. si fundus. § si plures. & §. in uendicatione. Sed ad hoc pñt se obligare dicti fideiussores, ꝙ lata sñia super hypothe. soluent qđ debent alteri, alias rem restituent, & sic habebit actrix intentionem suam, igit ad dictam defensam pñt uenire, & iudicium tãquam ꝓcurator in rem suam suscipere, nõ tñ aĩo nouandi & excep. ex sua persona opponere ꝓut s̃. ꝓbatum est. Pau. doctor. Ex prædictis patet rñsio ad ultimum quæsitum. † Nam si uera sunt q̃ præmittuntur, ꝙ iste Anto. possederit. 10. annis pacificè titulo & bona

[a] ¶ Tp̃is. Adde idem ꝑ d. Barth. sozi. in cons. 47. inci. primo pñtis. uer. postremo cir pri. in 1. parte.

[b] ¶ Dictione &c. Quæ aũt includat dicto &c. uide Cor. in ꝯs. 51. inci. in hac. nu. 6. & seq. in 2. parte.

& bona fide, & sic ius hypothecæ sit extinctum præscriptione p l. si aduer. credi. & per ɔ̃ns ét possessio, & licentia si qua competebat tanquam accessoria, ut dixi in prima parte. Tunc remediũ habet possessor, ut iudicis imploret auxilium, per quod petat prædicta sic declarari per cás prædictas, dictæ dñæ seu aduersariæ super prædictis perpetuum silentium imponi per diffinitiuã sententiam, ut probatur ex no. ff. de liber. l. aurelius. §. centum. de fideius. l. si cum tenuat. ¶ Nec nocet dictæ præscriptioni, quod forte ante lapsum decẽnij dicta dña uel eius procurator fuit immissus in tenutam dicti castri in contumaciam filiorum & nepotum dicti dñi Nicolai ut asseritur mihi oretenus, licèt in puncto dicatur, ꝙ post lapsum dicti decennij hoc fuit. Nam dico, ꝙ etiam si ante lapsum decennij data fuit dicta tenuta, tñ non vr̃ interrupta præscriptio super hypothecaria. ff. pro hñde. l. a. in prin. ¶ Est n. necessè, ꝙ cõtestetur lis super ipsa actione, de cuius præscriptione agitur. C. de ret uen. l. motæ litis. & oo. per Bar. in l. a. §. fi. ff. p empto. & l. fi. in prin. de eo per quem fac. e. l. cum agatur de interrumpenda præscriptione longi temporis, quæ partim fauorabilis, partim odiosa est. C. de edic. di. adri. tol. l. edicta. circa fi. Sed hic super hypothecaria non proponitur fuisse litem motam, & per ɔ̃ns nec litis contest. ꝯ dictum possessorem, sed solum datæ

1 a IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Si contingat ᵃ dictã do. Lisam, q̃ nõ habet filios, nec hr̃e sperat, vltimo loco decedere sine filijs, scilicet post dominam Margaritam, nulli dubium quòd eius portio deueniet ad societatem prædictam iure fideicommissi non obstante quòd Margarita prius decessisset cũ filijs, q̃ filij hoc casu nõ excluderẽt dictã societatẽ a portione vltimi morientis sine liberis, vt est casus in l. hr̃edes mei. §. cũ ita. ff. ad treb. Nã ẽt si testator substituisset dictã societatẽ post mortẽ oĩm filiarũ, & sic sub expressione nois collectiui, & sub ista ꝯdõne expressa, si oẽs decederẽt sine liberis, tñ vltima decedẽs sine liberis haberet in eis portionẽ, & locũ haberet substitutio posito ꝙ oẽs aliæ decessissent cũ liberis, & sic in earũ ꝑsona defecisset ꝯditio; ex quo tñ extaret ꝑsona vltima, vẽdicaret sibi locũ substitutio, qa nõ extaret ꝑsona, q̃ ex ꝓsumpta volũtate defuncti substitutiõ excluderet; vt habet in d. §. cũ ita. Fortius in casu nr̃o, in quo ꝯdõ illa non fuit expressa, & in quo facta fuit substitutio sine expressione nois collectiui; sed simplr̃ post mortẽ, & sic cẽsetur cuilibet ꝑ se factã. l. lucius. §. gaio. e. ti. vñ posito ꝙ illa ꝯdõ, si decesserint sine liberis, subintelligat̃ vt infra dicã, tñ cũ in singulis intelligat̃ substitutio diuersa & de ꝑ se, nõ facit deficere substitutionẽ, nisi in eius ꝑsona, in quo deficit ꝯdõ. vt no. in d. §. cũ ita. facit. l. pe. ff. de iniusto testa. & hoc est clarũ. Sed si cõtingat ipm̃ prius decedere, q̃ dñam Margaritã, & postea D. Margaritã vltimò decedere cũ liberis; tũc dubitat̃ de tribus quæ colligũtur ex q̃sito. s̃. formato. Primo, an d. liberi. D. Margaritæ excludãt dictã societatẽ. Scd̃o, si excludãt, quo iure excludũt, an ex eo ꝙ dicti videant̃ substituti filiabus ꝑdictis. Tertiò, in q̃ portione, an in portione dñæ Margaritæ, & sic in quinta cũ cẽnt quinque filiæ æqualr̃ institutæ; an ẽt in portionibus oĩum aliarũ ꝑdecedentiũ, & sic in tota hæreditate. ¶ Circa primũ dico indubitanter, filios ꝑdictos excludere societatẽ; qa in substitutione facta post mortẽ dictarũ filiarũ de dicta societate subintelligit̃ tacita ꝯdõ, si decesserint sine liberis. C. de fideicõ. l. cũ acutissimi de institu. & substi. l. gñalr̃. ff. de ꝯdi. & de. l. anus. Nec in ꝯriũ facit aliqd cõditio ꝑsonæ substitutæ. s. dictæ societatis, & sic piæ cãæ, vt patet ex. d. l. anus. Nam qs vni ex filijs post mortẽ substituat aliũ filium, nihilominus subintelligit̃ illa cõditio, si ille decesserit sine liberis. vt. d. l. cũ anus. Idẽ & fortius si substituat ecclesiã, monasterium, vel aliã piã cãm ad quã habere ꝓsumit̃ tãtã

b affectionẽ, q̃tã ad alterũ filiũ ᵇ; & ita ẽt determinat Bar. in d. l. cũ acutissimi. vbi dicit post Ric. Mal. ꝙ si qs post mortẽ filij iubet cõstrui monasterium de bonis sois, subintelligit̃ ista cõditio, si filius decesserit sine liberis. ¶ Quantum ad scd̃m dico, ꝙ dictæ filiæ. D. Margaritæ excludẽt dictã societatẽ; eo qa faciẽt deficere conditionẽ, sub qua societas fuit substituta. Cũ. n. in dicta substitutione subintelligat̃ tacita cõditio, si filiæ decesserint sine liberis, vt dixi, vna earũ decedẽte sine filijs, in ipam & eius portionẽ deficit condõ sub qua societas vocata fuit, ẽt si filiæ ꝑdictæ non extiterint hæredes matri eius. ff. de leg. j. l. filiusfa. §. cũ qs. C. de natu. libe. auth. licet. nõ aũt dicẽdũ est, ꝙ excludant societatẽ ex eo, qa uideãtur substitu. filiabus præcedentibus.

2 † Nam qñ filii ponunt̃ in ꝯdõne tacita vel expressa, nihil vr̃ eis relictũ, vt no. glo. ff. de hær. inst. l. lucius. & per Bar. in l. & si sic. de leg. 3. non ergo põt dici, ꝙ dicti filii fuerint substi. sed ꝙ faciãt deficere condõnẽ, sub qua fuit substituta societas. ¶ Venio nũc ad tertiũ, in quo dico ꝙ decedente dicta D. Margarita cũ filiis excluditur dicta societas sine dubio quo ad portionẽ illius dñæ q̃ fuit originalr̃ qnta pars totius hr̃ditatis, cũ cẽnt qnq; filiæ æqualr̃ institutæ. Sed quo ad quatuor portiones aliarũ sororũ prædecedentium sine liberis, an excludatur, maius est dubium, super quo als cõsultus q̃ plurimũ dubitaui. Nũc aũt recogitãs fortius dico & puto veritatẽ dicere, ꝙ attentis verbis substitutionis societas prædicta nõ excluditur quo ad illas, sed debẽt ad eã deuenire. qd̃ sic ostẽditur, substitutio stat in isto mõ, vz qa rogaui dictas filias institutas, ꝙ post earũ mortẽ restituerẽt hr̃ditatem societati orti. S. Michaelis, in quo casu d. societatem hr̃dem instituit, q̃ substitutio sine dubio fuit fideicõ. & illa verba directa, videlicet ꝙ illo casu dictã societatẽ hr̃dẽ instituit, cum nõ possint valere iure directo, obliquant̃. l. ex facto. in prin. & l. sceuola. ff. ad trebellia. ¶ Ite dico, ꝙ tot fuerunt substitutiones, quot erant filiæ; nã vnaquæque earum vr̃ de per se fuisse rogata de restituendo portionẽ suam post mortẽ suã sub tacita cõditione, si decesserit sine liberis; statim ergo ꝙ vna mortua fuit sine liberis, vẽdicat sibi locũ substõ in portione sua, & potuit societas portionẽ illã petere, & similr̃ moriente postea scd̃a, idẽ potuit facere; & sic de singulis. vñ dico, ꝙ hodie posset dicta societas petere portiones triũ filiarũ, q̃ sine liberis decesserũt ab istis superstitibus, q̃ sunt hr̃des earũ, cũ ẽt potuerit hoc facere statim post mortẽ singularũ in singulis earũ portionibus; & idẽ facere poterit in portione D. Lisæ postea sine liberis decedẽtis. casus est in l. lucius. §. gaio. ff. ad treb. ꝑ quẽ iste casus determinat̃. Et licet societas hucusq; tacuerit, qa forte credidit ꝙ portiones ꝑdecedẽtiũ deuenerint ad superstites, & ꝙ substitutio in illis nõ vẽdicauerit sibi locũ; re tñ vera nõ ita fuit, imo statim post mortẽ singularũ in sua quaq; portione substitutio locũ habuit, vt. d. §. gaio. ¶ Restat rñdere ad duo, ex qbus hoc qd̃ dixi, magis declarabit̃. Et primo, nõ vr̃, qd̃ dixi, ꝓcedere, eo qd̃ testator d. filias institutas inuicẽ substituit, cuius reciprocæ substitutiõis vigore vr̃ ꝙ portiones prædecedẽtiũ deuenerint ad superstites, nõ aũt ad societatẽ q̃ censet̃ ex hoc substituta moriẽti. i. cũ oẽs decesserint, nõ aũt singulis earũ, tũc. n. illud eẽt verũ, si eas non substituisset inuicẽ; sed ex quo substituit, vr̃ superstites ꝑdilexisse in portionibus ꝑdecedentiũ. Sed ad hoc rñdeo, ꝙ istud eẽt verũ, si talis substitutio reciproca fuisset facta per ista verba, ꝙ qñcunq; decessissent, eas inuicẽ substituisset, tunc. n. ꝑꝑ illa verba, qñcunq; decessissent, talis substitutio reciproca continuisset fideicõ. ꝯ quas q̃libet earũ decedens vr̃ fuisse rogata deferre superstitibus portionẽ suã, & nõ ipsi societati. iuxta no. ꝑ Bar. in l. lucius. ff. de vulg. & pup. in fi. primæ col. ibi dum dicit, qñq; ᵇ cõtinet sex substitutiones &c. Sed in casu nr̃o cũ simplr̃ inuicẽ substituerit sine cõmemoratione mortis, dico ꝙ talis substitutio nõ cõprehẽdit fideicõ. sed vulgares tm̃ qa vr̃ testator voluisse, ꝙ si aliqua earũ nõ sit hæres, aliæ sint hr̃des. Nõ aũt vr̃ voluisse, ꝙ si sint hr̃des, & postea decedãt, ꝙ restituãt superstitibus. ita determinat expresse Bar. post Dy. in d. l. lucius. in vl. col. ver. q̃ro vtrum hæc substitutio breuiloqua facta per hæc verba vos inuicẽ substituo contineat fideicõ. &c. ꝓbat̃ in l. iam hoc iure. eo. ti. ibi. in vulgarẽ tm̃modo &c. Cũ igitur filiæ q̃ predecesserunt, fuerint hr̃des, expirauit d. substitutio reciproca quoad vulgarẽ. l. post aditã. C. de impu. & ali. sub. nec remansit quo ad fideicõ. q̃ nunq̃ fuit in ea cõprehẽsa. Et iõ ipsis postea decedẽtibus non venerũt superstites ex dicta substitutione, sed dicta societas, vt sic concludamus aliqua earũ nõ existẽte hr̃de, nõ erant aliæ vulgariter substitutæ per fideicõ. sed sola societas. facit qd̃ no. Bar. in l. cẽturio. e. ti. in 7. vel. 8. col. ver. sed op. ad ꝑdicta, & vr̃ ꝙ substitutio cõpendiosa &c. ¶ Scd̃ò vr̃ obstare bis q̃ dixi, qa licet prædecedẽtes mortuæ sint sine liberis, tñ nõ vr̃ habere locũ substitutio facta de societate, ex quo supsunt aliæ duæ, q̃ ex ꝓsumpta voluntate defuncti d. societatem excludunt, cẽset̃. n. testator voluisse inter eas seruare ius legitimæ successionis, vt sic supstites habeãt portionẽ ꝑdecedentiũ saltẽ ab intestato. C. de impu. & aliis substi. l. pe. ꝑ Bar. vr̃ hoc tenere in l. hr̃des mei. §. cũ ita. ff. ad treb. in distinctione. Sed certe. l. illa pen. nihil facit qa loquit̃ in pupillis, cui facta fuit substitutio pupillaris sub expressione nois collectiui, puta si ambo decesserint in pupillari. tũc. n. fateor ꝙ vno ꝑdecedẽte in pupillari ætate substitutio locũ nõ habet, tũ ꝑꝑ dictũ verbũ collectũ, si ambo, qd̃ reqrit ꝯcursum amborũ, tũ ẽt qa cũ ꝑdecedens in pupillari ætate nõ possit facere testm̃, necessariò eius hr̃ditas lgĩa deuoluẽda est ad supstitẽ, tãq̃ ad ꝓximiorem ab intestato; vñ ad tale ius legitimũ qd̃ necessariò euenturũ est vr̃ testator habuisse respectũ, & voluisse ipsum inter eos ꝯseruari, ex quo vsus est verbo collectiuo. si ambo, vel si vtraq; &c. & ita loquitur illa. l. pe. ¶ Sed casus noster est diuersus in duobus. ¶ Primò, qa in ista substitutione nõ fuit appositũ nomẽ collectiuũ, & sic nõ requirit̃ ex vi verborũ qd̃ in oium persona existat cõditio. Item loquimur in substitutione fideicõ. facta maioribus, inter quos vel quas ius legitimæ substitutionis necessario locũ nõ habet; licet. n. aliq̃ ꝑdecedãt sine liberis, nõ sequit̃ ꝙ hr̃ditas earũ ab intestato & iure legitimo necessariò deuenire debeat ĩ supstites, cũ possint ꝑdecedẽtes test. facere, & alios hr̃des instituere. Vñ nõ vr̃ testator nõ habuisse respectũ vel cogitasse de eo iure, qd̃ necessariò nõ est euẽturũ, & sic nõ possum dicere, ꝙ vr̃ inter istas voluisse reseruare ius legitimæ

> a ¶ Si contingat. ad huius consilii materiam uide dñm Alexãd. de Imo. i cõs. 55. i. ii. co. in 1. parte. & in consi. 107. in 3. col. in 4. parte. ubi ponit quomodo & quando testator substituendo uideatur substituere ultimo morienti. & an & quando tunc uideãtur inuicẽ substituti. & uide eũ in cõsi. 92. in 5. colũ. cum seq. in 3. parte.

> b ¶ Filiũ. Vide d. Alex. de Imo. in consi. 94. in 3. parte.

timæ successionis, & sic dico q̄ istæ superstites nō excludunt so-
3 cietatē ex p̄sumpta voluntate defuncti.† & quòd istud sit verum
expresse patet ex notatis p Bar. in d.l.pe.C.de impu.& alijs sub-
sti. vbi in substōne facta duobus filijs dicit fiendā esse drīam, an
facta sit cum expressiōe noīs collectiui, si ambo, vel vterq; &c. nā
tunc non est uis inter directā fideicō. an veru sit facta sine expres- 1
sione talis noīs, & tunc est drīa inter directā vulgarē ex vna parte,
& fideicō. seu pupillarem ex altera. nam in p̄ima q̄a agiṫ de vno a
effectu. i. de vna successione, requiritur concursus in persona am-
borum, aliter non admittitur substitutus. l. quāuis. co. ti. ¶ Scđo
casu non req̄rit concursus imo existente conditione in persona
vnius primi morientis, licet alter superuiuat, admittitur substi-
tutus pupillaris vel fideicō. q̄a in talibus substōnibus agiṫ de di-
uersis effectibus. ¶ Ecce ergo q̄ Bar. ibi expresse vult, q̄ si duo-
bus filijs facta fuit substō fideicō. sine exp̄ssione noīs collectiui,
puta post mortē eorū sicut fuit in casu nr̄o, vel si decesserint sine
liberis vno eorū p̄decedēte sine liberis licet aliter supersit, substō
locū sibi vendicat: nec pōt dici q̄ superstes ex p̄sumpta volunta-
te defuncti substitutū excludat, ex quo nomē collectiuū nō fuit
appositū. ¶ Ex q̄bus dictis determinaṫ casus nr̄ & r̄ndetur ad id
qđ idē Bar, in d.§.cū ita. & dico q̄ ibi non bn̄ loquitur, sed me-
4 lius loquiṫ in d.l.pe.†. Sed licet alias mihi visum fuerit q̄ in d.
§.cū ita. nō bn̄ loqueret̄, tn̄ pp auctoritatē eius non fui ausus
ꝯdicere sibi. Sed postea cū vidi ipsum in d.l.pe. in q̄us ꝯriatur ei
quod in d.§.dixit, firmius dico q̄ ista est veritas vt sic concludā,
q̄ cū ista substitutio facta fuerit post mortē istarū sim̄r sine ex-
p̄ssione noīs collectiui, locū sibi vendicauit in p̄sonis & portioni
bus earū q̄ iam mortuæ sunt incontinēti post mortē earū per d.
§.gaio. Non obstante q̄ adhuc sup̄sint duę: q̄a nō pōt dici q̄ il-
læ excludant societatē ex p̄sumpta voluntate defuncti ex quo no-
men collectiuū nō fuit appositū. per ea q̄ no. Bar. in d.l.pe.C.de 2
impu.& alijs substi. reiecto eo qđ idē no. in d.§.cū ita. maxime in
distinctiōe sua. Nec ēt dici pōt, q̄ voluerit inter eas seruare ius
lūæ successionis, cū illud necessario locum non habuerit: eo q̄a
cum essent maiores poterant testari: & alios instituere, & sic de
tali iure non testari, non vr̄ testator cogitasse. Itē nō ob. l. si ia qui-
ec.§. sed si pr̄.ff. de te.du. quē Bart. allegat in d.§.cum ita. quia ibi
loqui̇ in substōne vulgari, in qua est alia rō, q̄ i fideicō. vt ibi no.
p eū. Præterea sequereṫ absurdū si aliud diceremus. nā si q̄s hn̄s
duos filios quos hæredes instituit, rogaret vnū, ut post eius mor
tē restitueret h̄ditatem, talis substitutus haberet non solū istā ta
citā ꝯdōnem si decesserit sine liberis, vt l. cū accutissimi. sed ēt istā
si decesserit sine fratre; q̄a si decederet superstite fratre, talis fra-
ter ex p̄sumpta voluntate defuncti me substitutum excluderet, si
verum esset qđ dicit Bar. in §.cū ita. sed istud est falsum & ridicu
losum dicere, cū hoc nō reperiā nisi in filijs eius cui facta est sub
stitutio vt excludāt substitutū, ut d.l. cū accutissimi. & l. cū auus.
de fratre aūt nec tex. nec gl. nec doc. aliq̄d dicit, & quia illud dictū
Papiniani fuit mirabile vt refert Imperator in d.l. cū accutissimi.
non extendā ipsum ultra terminos eius. ¶ Cōcludo igitur omis-
sis pluribus q̄ dici possent, q̄ portio illius D. Margaritæ si dece-
det cum liberis, non debebit ad societatē deuenire; quia liberi
facient deficere tacitā ꝯdōnem, q̄ inerat in substōne sibi facta.
¶ Scđò, q̄ portio illius D. Lisæ si decedat sine liberis deueniet
ad societatem, siue decedat post Margaritam de quo nō est du-
bium, siue decedat ante sicut dicam in sequenti. ¶ Tertiò cōclu-
do q̄ portiones earū, q̄ iā p̄decesserunt sine liberis, ptinent ad so
cietatem p̄dictā & p̄nt eas nunc petere, & ēt potuerunt a t̄pe quo
mortuę fuerunt, licet ex benignitate non petierint, & hoc p d.l.
lucius.§.Gaio.ff. ad treb. nō obstāte qđ sup̄sint adhuc istæ duæ q̄
nullo modo substitutionem excludunt; nec ex ui uerborum, q̄a
non fuit apposita dictio collectiua; nec ex præsumpta volunta-
te defuncti, quia in casu nostro locum non habet per not. per
Barto. in d.l.pen.C.de impu.& ali. subst. quicquid ipse dixit in d.
§.cum ita, nec uirtute substitutionis reciprocæ; quia illa com-
prehendit vulgarem tantum, quæ expirauit per additionem ut di
ctum est.

S V M M A R I A.

1 *Bona subiecta restitutioni sunt obligata mulieri pro dote restituenda, etiam si mulier prouiderit sibi de fideiussore.*
2 *Priuilegium auth. res quæ. C. com. de leg. transit in ipsum fideiussorem vel mulier iura cessit, rationibus & iuribus de quibus hic.*

CONSILIVM XV.

IN Christi nomine Amen. ¶ Circa ea q̄ supius plenis
simè tacta sunt p suprascriptos eximios doc. nō in-
sistā, q̄a superfluū esset; solū tēdā ad declarādū tria
sup q̄bus ut dr̄ de p̄sti insistiṫ.† Primū est q̄a text.
in auth. res. C. cōia de le. & in cor. vn̄ sumit. dicit q̄ res subiectę
restōi p̄nt alienari & obligari in cā dotis, si lēima nō sufficiat. Et
cū i casu nr̄o t̄pe ꝯctū m̄rimonij & receptę dotis lēima & trebellia
nica illius. B. grauati, erat dimidia suæ tertiæ, sufficiebat ad do-
tem & eius quātitatē, postea vero dicta dimidia consumpta fuit
in cām captiuitatis dicti B. & p eius redēptione, q̄rit utrū altera
dimidia q̄ erat in cā restōnis remāserit obligata, vt sic hodie per
hypot. posit auocari p dictā mulierē a fideicō. fratre mariti, &
quātū ad portionē tangentē illū. C. q̄ cū d. B. se obligauit, quę est
dimidia illius dimidiæ, & sic quarta pars totius tertiæ partis tāgē
tis p̄sonā B. Nulli dubiū cū ipse obligauerit se & sua p̄ntia & fu-
tura & sic venit illa quarta in oblōne, vt s. tactū est p alios. Restat
solū dubiū de altera dimidia illius dimidiæ tagentis p̄sonā. D. q̄
se ad dictā dotem nō obligauit. Et vr̄ q̄ illa nō sit oblig ata. nā ex
quo t̄pe ꝯctū m̄rimonij & dotis receptę legi. & treb. sufficiebat,
vr̄ q̄ hypotheca p dote restituenda q̄ tunc t̄pis ꝯcta fuit, vt not.
in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. solū fuerit ꝯcta illa dimidia q̄ suf-
ficiebat ad lēimā & treb. Altera vero dimidia q̄ subiacebat restōi,
remansit libera ab hypotheca q̄ ꝯtrahebat ex dispōne dictæ auth.
pp tex. ipsius qui uult oblōnē ꝯtrahi, si lēima & treb. nō sufficit.
vbi ergo sufficit, nō ꝯbit. Si ergo dimidia illa sufficiens ad lēimā
& treb. sit consumpta, vr̄ hoc debere nocere ipsi mulieri q̄ hēbat
ius suū solum in illa dimidia arg. C. de pig. acti. l. pignus. nō autē
debet nocere fideicō. q̄a cū ab initio in portione sibi restituēda
2 nō fuerit hypotheca ꝯtracta † nō ꝯtrahit ex postfacto pp supue
nientem casum. arg. ff. de fur. l. serui & filij. post princ. ibi neq;. n.
&c. nulli. n. dubiū q̄ si q̄s p debito rem unam tm̄ mihi obligat,
illa perēpta, licet remaneat mihi p̄sonalis actio, nō tn̄ alia res sua
mihi ex hoc obligat nisi expressiē & de nouo obligeṫ, vt ēt patet
ex d.l. pignus. p hoc bene facit. l. in quātitate. in uer. & ex aduer-
so. ff. ad l. fal. vbi hr̄ q̄ si t̄pe mortis testatoris tm̄ supererat in hæ-
reditate deductis legatis qđ sufficiebat ad quartā falcidiæ, & sic le
gata nō ueniebāt diminuenda p falcidiā. puta hēbat c. in bonis,
legauit. 75. licet postea ante aditā h̄ditatē illa. 25. non legata pe-
reant, illud nō nocet legatarijs, sed h̄di; & sic non debēt legata de
falcari pp superuenientē casum, ex quo a principio assumpserūt
sibi talē statū. & sic in p̄posito cū portio subiecta restōni a prin-
cipio nō fuerit obligata sed assumpserit sibi statū & ꝯdōnē vt nō
dēat defalcari pp dotem eo q̄a lēima & treb. sufficiebat, vr̄ q̄ ille
status sp duret, & ex postfacto pp supuenientē casum nō imuteṫ.
¶ His nō obstātib' ꝯtrariū dico. nā p̄uisio illius auth. quātū ad
dotē restituēdā fcā est i fauorē mulierū ne suis dotibus defraudē
tur. nō ergo debet ispici t̄ps dotis datæ vt sciaṫ an lēima sufficiat,
sed t̄ps restōis eius, alias. n. elusoria eēt legis p̄uisio qđ nō est dicē
dū. ff. ne q̄d i loco pu. l. si. Quid. n. p̄desset mulieri, si legi. & treb.
sufficiēs est ad restōnē dotis ꝯstā te m̄rimonio, cū tūc agere n̄ pos
sit, si eo soluto cū restō fiēda ē nō est sufficiēs. Certè nihil, iō dico
t̄ps restōis ispiciēdū ad hoc vt p̄uisio legis effectū hēat. Nec ob-
stāt incōtrariū allegata. Nā dico nō solū illa dimidia q̄ sufficiens
erat ad quartā & treb. fuit obligata p dote pure & simpl̄r, sed ēt
altera q̄ subiacebat restōi itelligiṫ fuisse obligata sub ꝯdōe, si p̄ria
nō sufficeret t̄pe restōis fiēdæ. Prouisio. n. illius auth. fcā est p do
te restituēda. debet ergo itelligi si lēima sufficiēs erit t̄pe restōis
dotis. ar. l. i delictis.§. si extraneus. ff. de noxa. Itē nō ob. l. i quāti-
tate. ad l. fal. nā solū colligiṫ ex eo qđ ibi dr̄ i tex. q̄a si illud qđ su
perat i h̄ditate deductis legatis perit an̄ aditā h̄ditatē, est qđ im
puteṫ h̄di postea adeūti, cū adeat post dānū & post casum iā oc-
cursū: sed in casu nr̄o nō est qđ imputet mulieri q̄ dedit dotē an̄
casum, si postea casus fortuit' euenit quē ipsa cogitare nō dēbat.
Preterea ibi tractaṫ de lucro captādo, hic de dāno uitādo, igiṫ &c.
C. de ꝯdi. l. fi. p hoc facit, qđ ēt fructus pcepti ex re subiecta restō
ni ꝯputari debēt i dotē, & excludūt diminutionē fideicō: vt. l. mu
lier.§. cū p̄poneret. ad treb. & tn̄ si cōsūpti sunt nō dolosę p gra-
uatū, nō ꝯputant nec ipediūt diminutionē, ut ibi determinat Bar.
idē ergo i lēima q̄ sine dolo cōsūpta est. Præterea si aliq̄d de h̄di
tate perijt an̄ cōdōnē fideicō. toti h̄ditati p̄re debet, non solū ei
portioni q̄ debet grauato p lēima & treb. sed ei qđ venit restituē-
dum

dũ.ar.l.titius.ff.ad treb.& sic adueniẽte postea cõdõne de eo qđ tunc reperitur legitima & treb.sic in proposito vr̃ vt debeat considerari tempus restitutionis,& de eo quod tunc reperitur in bonis ltĩa & treb.sit detrahenda,q̃ consideratur ex tpe quo detrahit̃, & si illa non sufficiet pro residuo,erunt alia bona obligata. & hoc de primo. ¶ † Scđò pñcipalr̃ dubitat̃, cũ in casu nr̃o mulier illa sibi prospexerit per fideiussores,per quod sibi plenè cõsultũ fuit, qđ in fi.apparuit;quia ab vno ipsorũ,videlicet.I.dotem suã consecuta fuit,verũ ꝓ hoc cesset prouisio illius auth. vt sic dicamus bona subiecta restitutioni,quatenus non fuerunt exp̃sse obligata,nõ cadere in hypothecam,& sic in dictum.I.fideiussorem,& cessionarium; mulier.n.d.I. cessit hypothecam ꝯ fideicõ. & indubitanter verum potuerit cedi , & cesset dispõ.d.auth. ita ꝙ ea petere non posset;& certe vr̃ dicendum,ꝙ prouisio d.auth.cesset triplici rõe. Prima quia illa fuit in subsidium introducta , videlicet ne si aliud diceretur,mulieres suis dotibus defraudent̃,vt habetur in cor. vñ sumitur.vr̃ ergo,qȯ sibi aliũde consultũ est,prout est in casu nr̃o, ꝙ cesset illa prouisio;quia cessat rõ,ob quã fuit introducta.ar.ff. de eo per quem fac.est.l.fi.in prin.& .§.plane.& tunc tantum locũ habeat, cum aliunde non posset esse mulieri consultum. de.le.j.l. plane.la scđa.in.§.j.in fi.Scđò ad idẽ,qa prouisio illius auth.est extraordinaria;qđ patet , qa ordinariè & regulariter bona subiecta restitutiõi nõ pñt alienari vel obligari,quin cadente casu restitutionis resoluatur alienatio,& ob.l.fi.cõia de le.Sed ĩ fauorẽ,& priuilegium dotis spãliter statutum fuit contra illa auth. negari non potest ꝙ illa spãlis ꝓuisio ꝯ regularẽ cursum & ordinarium nõ sit extraordinaria;qa oẽ,qđ non est de ordinario cursu,est extra ordinẽ;dẽt ergo cessare,ex quo ꝓuisum fuit de fideiussoribus,quorum prouisio est ordinaria.ar.ff.de no.oper.nun.l.in prouinciali. Tertiò ad idem,prouisio illius auth.est ꝓuisio legis, dẽt ergo cessare,ex quo prouisum est de fideiussoribus,q̃ est prouisio hoĩs.C. de pac.cõuen.l fi.ff.de vul.& pup.l.cum ex filio.§.filio.¶ His non obstantibus dico ꝯrium,ꝙ prouisio illius auth.non dẽt cessare,licet mulier ad maiorẽ sui cautelã sibi ꝓspexerit de fideiussoribus.

¶ Primò per tex.ff.de manu.l.cãm.§.puellã. vbi bene probatur.

¶ Scđò,quia non adhibuit fideiussores,ut aliquid diminueret, & tolleret de iure suo,sed potius vt adderet;igitur non dẽt operari diminutionem,sicut nec eꝯ.l.cum tale.§.fi.ff.de condit. & de.ff.de adi. leg.l.legata inutiliter. ¶ Tertiò , quia abundans cautela non dẽt nocere,sed prodesse.C.de test.l.testm̃. ¶ Quartò,quia ea q̃ dubitationis cã adhibentur,ius cõe non lædunt.ff.de reg.iu.l.quæ dubitationis.ff.mandati.l.q mutuã. ¶ Quintò,ex multis remedijs pro securitate & cautela inuẽtis põt quis uti quo vult,nec per hoc p̃iudicatur alijs.ff.pro so.l.cum duobus.§.idẽ rñdit.ff.de uentre in spi.l.j.§.qđ ergo ver.sed finge. ¶ Sextò,qa contemplatione & respectu iuris qđ ista mulier habebat sup bonis subiectis restitutioni,fideiussores p̄dictos adhibuit,q forte se aliter non obligassent. l.stipulatus.& qđ ibi no.ff.de fideic.¶ Nec obstant in ꝯrium allegata.nã quo ad primum dico,ꝙ prouisio illius auth. licet posit dici facta in subsidium & defectum aliarum ꝓuisionum legalium, qđ patet,quia nõ cõpetit nisi in defectum ltĩæ,& trebell.& ẽt fructuum;tñ nõ reperit̃,ꝙ fuerit facta in defectum prouisionis ꝓpriè ipsius mulieris;nec subest eadem rõ,nã qñ sufficit ltĩa & trebel.æquum est,ꝙ de illa satisfiat,& non de alio;sed qñ nõ sufficit, non esset æquum,ꝙ satisfieret de bonis fideiussoris, & fideiussori postea non remaneret regressus ꝯ aliquem;vñ positis his duobus,iustius est ꝙ fideicõ.patiatur hoc dãnum,cum illa bona semel fuerint mariti grauati & prius eius,q̃ ꝙ patiatur ipse fideiussor,ad quẽ nil pertinet de negorio,& qui intercedendo liberalitate est vsus; vñ non est æquum ipsum ex sua liberalitate periclitari. ¶ Itẽ non ob.scđm;quia etsi dicamus prouisionem illius auth.fore extraordinariã,põt tñ ꝯcurrere cum ordinaria, qñ competunt ꝯ diuersas ꝓsonas.C.si tutor vel cura.interue.l.ẽt. ¶ Itẽ non ob.tertium, qa prouisio legis tñ cessat per ꝓuisionẽ hoĩs factã super eodẽ & tendentẽ in oĩbus ad idẽ cum prouisione legis , & ita loquuntur illa iura,secus qñ tendit ad aliud;vt.d.l.cãm.§.puellã.ff.de manu. hic ãt ꝓuisio illius auth.tendit ad obligationẽ realẽ,quo ad bona subiecta restitutioni & ꝯ fideicõ. Sed ꝓuisio fideiuss. tendit quo ad obligationẽ personalem,& quo ad ipsum fideiuss.vel bona sua;& sic non sunt superfluæ,sicut qñ tendunt ad idẽ,nã bñ fateor posse dici,ꝙ quo ad illum fideicõ.qui cõsensit se & sua obligauit, cesset prouisio illius auth.quia ex quo portio sua est obligata ex obligatione expressa ipsius fideicõ. non est necesse dicere,ꝙ sit obligata ex tacita & ex dispõne d.auth.quia tẽdunt ad idẽ,& esset superflua, qa ꝓpter expressum cessat tacitum;& hoc de scđo. ¶ Tertiò principalr̃ instatur & dubitatur de pñti,an priuilegium seu prouisio illius auth.q̃ fuit introducta fauore mulierum ne remaneant indotatæ, trãsire possit in istum fideiuss.cessionarium. Et vr̃ ꝙ quasi sit priuilegiũ ꝓsonale,& quia cã & rõ q̃ uigẽt in ꝓsona mulieris,cessant in persona cessionarij.igit̃ &c. ¶ Cõtrariũ est verum triplici rõe. Prima,cessio p̄dicta facta fuit ex necessitate. Scđa, quia ius cõpetens ex dispositione d.auth.fuit in esse formatum añ cessionẽ,igitur &c. Et ex his duabus rõnibus,vel ꝙ altera istarum concurrit, determinat Bar.in l.post dotẽ.ff.so.ma.cir.si.& l.j.C.de priui.dotis.trãsire in fideicõ.priuilegium mulieris.Tertia rõ,quia illa quæ sunt transmissibilia in hæredes,sunt cessibilia.l.ex pluribus.ff.de admi.tu.sed ius hypothecæ cõpetens ex dispõne illius authẽ. sine dubio transmittitur in hæredes mulieris; igitur &c. ¶ Nec obst. contraria,quia locum hñt in his,q̃ non sunt in esse producta , uel q̃ sunt merè personalia,quod non est hic. ¶ Et ex his concludit̃ nõ obstantibus quibuscunq; obiectis mulierẽ istã fouere iustitiam.

S V M M A R I A.

1. *Mandatum productum in causa principali non prodest in taxatione expensarum productarum; De hoc uide etiam supra.in Cons. 2.*
2. *Procurator constitutus a generali ministro uel conseruatore alicuius ordinis uel conuentus,non dicitur procurator conuentus,sed ipsius generalis;sicut procurator constitutus a tutore uel curatore post litem contest.dicitur ipsius tutoris & curatoris.*
3. *Tacens per decennium uidetur acquiescere sententiæ,nec potest fieri taxatio expensarum indubitatarum.*
4. *Decendio elapso omnia præsumuntur solenniter acta & uera eo,de quibus fit mentio.*
5. *Appellatio non præsumitur nisi quatenus appareat ex actis.*
6. *Appellationis iudex si æquipollens bene uel male appellatum pronunciaret, sufficit.*
7. *Sententiã continere æquipollens condemnationis uel absolutionis, sufficit.*
8. *Dictio,tantum,non excludit æquipollens.*
9. *Statutum si dicat ꝙ iudex debeat uictum uictori condemnare in expensis, fiur terminare causam intra certũ tẽpus,nam si id non faciat sñia non infirmatur,sed ipse punietur,si non statutũ prohiberet ne uictus absolueretur ab expẽsis,uel ne ultra mensem sententia proferret,quia tunc nulla sententia;omnia plus importat prohibitio,quàm præceptũ,& plus negatio,quàm affirmatio; & statutum de uicto quem ipso debet intelligi,nisi uictus haberet iustam causam litigãdi, etiã si in statuto esset uerbum, semper,quia sanè debet intelligi.*
10. *Expensæ quæ ueniunt ex contractu iudiciali uel officio iudicis , attenditur iusta causa litigandi;secus si ex contractu extraiudiciali.*
11. *Sententia de re uel de transactis x.diebus accepit a se robur, & mittitur executioni;si autem sit nulla elapsis.x diebus.si nõ opponatur,sumit robur a statuto disponente,ꝙ sententiæ mittantur executioni elapsis.x.diebus.*
12. *Sententia diffinitiua requirit ordinem iudiciarium, & non ualet contra aliam sine nouo processu.*
13. *Nullitas nouis in causa appellationis.*

CONSILIVM XVI.

IN CHRISTI NOMINE: AMEN. ¶ Si põderarẽtur a ea quæ aliàs per me clarè & uerè scripta sunt super hac cã,nõ expediret sup his nouis dubijs laborare.† Nam re uera minimus iste deberet mandatum suum ostendere,postquam per alteram partem fuit hoc petitum,nec sufficit ostendisse ltimationem factam in prima cã,quia possibile est,ꝙ mãdatum suum fuit sufficiens in illa,& tñ non est in ista;quia est cã noua.nã lata sñia mãdatũ illud potuit expirasse;& ad hunc nouum articulum,sicut est taxatio,nõ censetur habere mandatum nisi de nouo detur;sicut uidemus in si.ꝙ ꝓcurator actoris sine nouo mandato lata sñia non põt petere ipsam executioni mandari,uel actionem iudicati intentare.ff.de procu.l.si ꝓcurator meos.& ibi expresse per Bar.l.tiatio ergo illa fuit operata quo ad illã cãm;sed quo ad istã,quæ nondum erat,non fuit de illo mandato disputatum,ergo nec ltimatio se ad hãc extendit.arg. C.de iudi.l.licet.de transac.l.si de certa.cum simi.non producẽdo ergo mandatum,dẽt & debuit repelli,prout in alio consilio plenè deduxi,& hæc est ueritas. Veruntñ posito,ꝙ mandatum illud foret productum,nõ ur̃ sufficere ex alio capite.nam ipse in oĩbus actibus uenit tanq̃ procurator capituli & conuentus talis monasterij,& tñ re uera non fuit nec esse potuit. ¶ † Primo, ut asserit̃, non fuit constitutus ab ipso capitulo & conuentu , sed a generali fratrum minorum generali conseruatore & protectore ordinis S.Claræ.Posito ergo ꝙ ille potuisset eum constituere, tñ non dẽt dici procurator capituli & cõuentus, sed potius ipsius generalis, sicut uidemus in similibus,ꝙ non dr̃ ꝓcurator pupilli uel adulti,nisi qñ cõstitutus est ab ipso pupillo uel adulto cum autoritate tutoris & curatoris,cæterum si ab ipso tutore & curatore post litem contestatam diceretur procurator tutoris & curatoris , & de

a ¶ Si ponderaretur. Vide §.in consi.10.j. vbi etiã in eadem causa per eundẽ consultum fuit.

ipſius tutoris & curatoris bonis debebit cauere, & ſibi tenebitur de mala adminiſtratione. iuxta ea q̄ hn̄r in l. neque. C. de procu. rō eſt in promptu; qa negotium pertinet ad pupillū & ad adultū quo ad utilitatē, ſed ad tutorem quo ad curā & ſollicitudinem; iō cōſtitutus a tutore & curatore dr̄ procurator ipſius tutoris & curatoris, tanq̄ conſtitutus in negotio, q̄ ad ipſum tutorem & curatorē ptinet cura & ſollicitudo. ¶ Sic in ꝓpoſito, cum moniales non eſſent pn̄tes, qm̄ procurator ille fuit cōſtitutus ab illo gn̄ali, n̄ potuit dici procurator earum, ſed ipſius gn̄alis ratione curæ & ſollicitudinis; nō ergo debuit uenire tanq̄ procurator capituli & conuentus, cū non eſſet ab ipſo conuentu cōſtitutus. Præterea cū illud monaſterium ſit dirutum, ut dr̄, vr̄ illud collegium diſſolutum, & bona ipſius applicata ordini ſanctæ Claræ, iuxta no. in l. ſi. de colle. illi. n̄ ergo pōt dici ꝓcura. illius capituli & cōuentus, q iā diſſolutus eſt. ¶ In his tn̄ non curo multū inſtare, quia dilatoria ſunt; iō ueniamus ad merita cauſæ poſito pro cōſtanti q̄ mandatū

3 eſſet ſufficiens. † Vr̄ dicendum, q̄ nullo poſſit mō obtinere in hac cā, qa n̄ fouet iuſtitiam, quod ſic oſtēditur ex, licet ille Vernergus fuerit condēnatus in expenſis, ab illa tn̄ ſn̄ia ipſe appellauit, & p iudicem appellationis ſeu ex grauatione fuit abſolutus, a qua abſolutione nō fuit appellatū, nec de nullitate dictū ī. decem dies, a & ſic tranſiuit in rem iudicatā. Non ergo cadit uel fieri pōt taxatio ſuper expenſis, q̄ non ſunt debitæ. ar. ff. de act. empti. l. ſi ſeruā. §. ſi modus. ibi. n̄ pōt æſtimari bonitas &c. & de acqui. re. do. l. adeo. §. ſi

4 cuius. ibi. & q uicinum p̄dium &c. ¶ † Reſtat nunc r̄ndere ad aliqua q̄ ꝯ dictam ſn̄iam opponuntur. Et primò non ob. dum dr̄ q̄ non conſtat de appellatione, & q̄ ad inſtantiam partis fuerit lata ſn̄ia &c. quia dico, q̄ poſtq̄ tranſiuit tp̄s appellandi, ſeu dicēdi de nullitate, non pn̄t iſta opponi, quia p̄ſumunt oīa ſolenniter acta, b & oīa de quibus fit mentio in ipſa ſn̄ia, præſumūtur uera. b ut no.

5 Inn. in c. bonæ de elec. ſuper uerbo p̄ſumuntur, † tunc & poſſent illa opponi, ſi fuiſſet appellatum, quod n̄ præſumeretur, niſi quatenus ex actis appareret. & ita intelligit. c. qm̄ ꝯ falſam. de proba. & ibi per Inno. & c. cum in iure. de offi. dele. ¶ Item opponitur ꝯ dictam ſn̄iam, ex eo quia non pronunciatur de iniuſtitia primæ ſententiæ, nec de iuſtitia appellationis, quod vr̄ neceſſe, ut l. eos. C. de appel. & ſic dicitur non ualere ipſo iure, & iſtam cauſam alle-

6 gat Lauren. poteſtas maſſę qui contra illam pronūtiauit. † Sed iſta non eſt bona allegatio, nam licèt iudex appellationis non pronūtiet benè uel malè appellatum uel pronunciatum, ſi tm̄ ponit uerba æquipollentia, & idem importantia, ſufficit; puta ſi iudex primæ cauſæ condēnauit, iudex appellationis abſoluit, nam per hoc uidetur pronuntiare male iudicatum, & bene appellatum, quia iſta ſunt æquipollentia. Hoc probat primò. l. præſes. coniun-

7 ctis gl. non. n. C. de ſen. † nam licet ſn̄ia debeat continere condēnationē uel abſolutionē, ut ibi dr̄ in tex. ſufficit q̄ contineat æquipollens, & ibi in gl. non. n. refert q̄ ex æquipollentibus fiat. l. mulier. ff. ad treb. Itē probat in caſus legum. ff. iudicatum ſolui. l. cū apud ff. de mino. l. emilius. in quibus habet, q̄ cum iudex primus abſoluiſſet, iudex app̄ſonis condēnauit; nec aliquid dr̄, q̄ ꝓnunciauerit ſuper iuſtitiam uel iniuſtitiam appellati. & tamē ualet. ¶ Nec ob. l. eos. de app. dum dicimus, q̄ iudex appellationis debet tantū iu-

8 ſtam uel iniuſtam pronunciare &c. † nam illa dictio, tm̄, non excludit quin poſſit pronunciari per alia uerba idem importantia, ut dixi; ſed ſolum importat, ut ipſe non poſſit ſe exonerare remittendo cauſam ad ſuperiorem, ut ibi dr̄ in prin. Malè ergo fecit Laur.

9 dum ꝓnūciauit illam ſn̄iam nullam ex iſto capite. ¶ † Item opponitur tertio, q̄ dicta ſn̄ia uidetur lata contra formam ſtatuti dicētis, q̄ iudex in ſua ſn̄ia debeat uictum uictori condemnare in expēſis, & ſic dr̄ q̄ eſt nulla tanq̄ continens expreſſum iuris errorem. Sed certè iſtud non eſt uerum. nam dictū ſtatutū continet p̄ceptū factum iudici, nec aliquod dr̄ ſi ꝯtrium fiat. Dico ergo, q̄ licèt iudex non ſeruet dictum præceptū, ſn̄ia ꝑpea non eſt nulla, ſicut uidemus in ſi. Si ſtatutum dicit, q̄ iudex debeat terminare cauſam ī. menſem. Nam licèt iudex non ſeruet præceptum, ſed terminet eam poſt menſem, ualet ſn̄ia, licèt ipſe ueniat puniendus; ut not. p doc. in l. properandum. C. de iud. in prin. p l. 1. C. ut oēs tā ciui. q̄ mili. Secus eſt, ſi ſtatutum ꝓhiberet condēnatum in principali abſolui ab expenſis; talis enim prohibitio bene redderet abſolutionem nullam. C. de legi. l. non dubium. Ratio diuerſitatis eſt; quia plus importat ꝓhibitio q̄ præceptū; ſicut plus importat negatio, q̄ affirmatio. iuxta no. per gl. ff. de cond. & demon. l. hoc genus. & in c. cum dilecti. de conſue. q̄ incipit. ſuſpēſus. Nec dr̄ iſta ſententia continere iuris errorē, tunc. n. eſſet hoc uerum, ſi diceret iſto mō, vcʒ. Et qa victus victori non debet in expenſis cōdēnari, iō abſoluimus &c. ſed hoc nō fuit dictū. Præterea ſtatutū p̄dictū dēt ſanè intelligi. ſ. niſi euidēter appareat, q̄ habuit iuſtā cām litigādi. Pono igit, q̄ te conuenio ex ꝯtu pr̄is tui, certū eſt q̄ tu habes iuſtā cām litigādi, quouſq; tibi oſtēdā inſtr̄m, pone ergo q̄ in fine cāæ oſtēdo inſtr̄m, tu hoc vides, cedis liti & condēnaris, debebis ne condemnari in expenſis virtute d. ſtatuti? Dico q̄ non, & ſi ſtatutum hoc expreſſe diceret, eſſet iniquū, nō ergo dicēdū q̄ voluerit hoc dicere. q. di. c. erit aūt. ¶ Nec ob. qđ dicit, ſemp, nā quātūcunque

10 preciſè loquatur, dēt ſanè intelligi. ar. c. ex parte. de off. dele. † Itē non ob. ſi dicat, q̄ virtute d. ſtatuti ueniunt expēſæ iure actionis, & ſic non dēt attendi iuſta cā litigandi. iux. no. in l. ſi mulier. ff. de leg. 2. Nam iſtud eſt verū, qn̄ venirent expenſæ iure actionis nn̄ētis ex ꝯtu extraiudiciali, vel ex teſtō, ſecus ſi ex iudiciali, uel ubi q̄ ſuccedat in locū officij iudicis. ita no. expreſſè p Bald. in auth. gn̄aliter. C. de epiſc. & cler. Sed hæc diſpoſitio ſtatuti cum facta ſit certa iudici, ſuccedit loco officij iudicis, ſicut & ſtipulatio iudicialis, igit̄ dēt attendi an habuit iuſtam cām litigandi. Non ergo pōt dici ſn̄ia nulla, licèt victum victori non condemnet in expenſis,

11 qa pōt ſubeſſe iuſta cā, q̄ p ſtatutum non excluditur. † Præterea poſito, q̄ fuiſſet nulla, tn̄ debebat ī. x. dies de nullitate opponi, alias ſtatutum vult q̄ habeat executionem, ut patet in ſtatuto ſub Rubrica de ſententijs executioni mittendis. uirtute cuius ſtatuti dico, q̄ qn̄ eſt ſn̄ia de ſe valida, tranſactis. x. diebus efficitur irreuocabiliter valida, & mittitur executioni virtute ſuæ validitatis. Sed qn̄ eſſet de ſe nulla, tranſactis. x. diebus, ſi non allegetur nullas, recipit vires ab ipſo ſtatuto, & ex virtute ſtatuti mittit executioni, licut dr̄ in ſimili in ſn̄ia arbitri. C. de arbitris. l. cum antea. poſt prin. ibi. ſed ēt actori ex nr̄o noīe &c. Cum dico ergo, q̄ licèt de iure cōi qn̄cunque de nullitate poſſit opponi, tn̄ virtute d. ſtatuti non pōt opponi niſi ī. x. dies, quibus tranſactis ſn̄ia validatur ab ipſo ſtatuto, & executioni mandatur, & ſic fruſtra opponitur de tali nullitate. Nam ex quo vult q̄ poſt decem dies executioni mandetur, vult q̄ valeat, ſi non fuit de nullitate oppoſitum. ¶ Ex quibus omnibus concluditur, q̄ cum illa ſententia, quæ condemnauit in expenſis fuit reuocata, & illa reuocatio trāſiuit in rem iudi. quia valuit, & poſito q̄ a prin. non ualuiſſet, per lapſum. x. dierum reconualuit, dico q̄ fruſtra nunc petitur taxatio expenſarum, quæ debitæ nō ſunt vt dixi. Ex his ēt patet, q̄ ſententia illius Lauren. qui reuocauit ſn̄iam Chriſtofori, fuit nulla & nugatoria. quod patet, nam illa eadem die, qua fuit porrecta petitio ſuper taxatione, fuit lata illa ſn̄ia, & ſic nullo ordine iudiciario ſeruato. vn̄ tanq̄ diffinitiua non potuit ualere, & ſic inquātum condemnauit in integrum ad ſoluendas illas expenſas & reuoca-

12 uit ſn̄iam Chriſtofori, dico q̄ non valuit, † quia talis fuit diffinitiua pronuntiatio, q̄ non potuit ualere ſine iudiciario ordine in tam modico tp̄e. de reſt. in integ. c. cum ex literis. tum ēt qa diffinitiua ꝯ diffinitiuam non ualet ſine nouo proceſſu. l. j. C. qn̄ prouo. non eſt neceſſe. tum ēt quia fuit petita taxatio, & ipſe ultra petita reuocauit illam ſn̄iam Chriſtofori, & condemnauit ad ſoluendū,

13 vn̄ imprudenter fecit. † Præterea fuit ab eo appellatum, & per ex grauatorem fuit reuocata, & pronuntiata nulla, cōſtat. n. q̄ in cā appellationis uenit nullitas. l. carmelia pia. de inreptr. cum ſi. Ex quibus oībus concluditur, q̄ iſte Mannimus non pōt aliquo modo obtinere in iſta cauſa, etiā ſi mandatum ſufficiens haberet, & q̄ ille qui ſibi fauet & conſulit, aut fingit & ſimulat, ut pecunias ab eo extorqueat, aut q̄ agit & ignorat ſicut imperiti, quod ſatis ex modo procedendi colligere potui.

a ¶ Dies. Vide do. Alc. & de Imo. in conſ. 135. in 2. col. in 2. parte vbi ponit quō & qn̄ qs dicatur acquieſcere ſn̄iæ. & an p lapſum 2. dierum ad appellādum.

b ¶ Vera. Vide d. Alex. & Imo. l vl. col. 14 par.

SUMMARIA.

1. *Statuto ſtante, quid poteſtas teneatur & poſſit inquirere infra. 4. menſes de tali delicto, & alio ſtatuto diſponente quod uſque ad triennium poſſit de inceſtu cognoſcere, poterit cognoſci uigore huius ſtatuti ultimi & tempus currit a tempore, quo non continuatur inceſtus.*
2. *Confeſſio facta ad inquiſitionem ſuper toto tollit omnes defectus inquiſitionis.*
3. *Confeſſio criminis purgat omne uitium, & exceptio quod non interuenit accuſator uel quod cauſa debuit remitti ad eccleſiaſticum, omnes iſtæ per ſuiſtentiam tem remittuntur.*
4. *Iudex non debet ſupplere de facto, ubi eius ſuppletio tendit ad impunitatem criminis, de quo conſtat.*
5. *Crimen quando eſt occultum, non currit tempus officiali, qui habet inquirere ex forma ſtatuti, maximè cum de facili notitia haberi non potuiſſet.*
6. *Falſitatē bullæ, ex qua ſequutus fuit inceſtus, poteſt iudex ſecularis cognoſcere.*

CON-

CONSILIVM XVII.

IN Christi nomine Amen. ¶ Ptās ſcriptus no hēt in ſindicatu ſuo dubitare de p̄dictis obiectis, ꝓut. ĩ. clerè demonſtrabit̄. † 1 Vidēdum ē ergo primò, utrū inq̄ſitio ſup dictis obiectis debuerit fieri. ĩ. tpa ſtatuti antiq̄ .ſ. quatuor mēſiū, uel. ĩ. tpa ſtatuti noui; & hic recurrēdum eſt ad theoricā doctorū, quā refert Bar. in l. oēs populi, de iuſt. & iure. in 4. q. pricipali. q̄ hēt, ꝙ ſi ſtatutū ptinet ad litis ordinationē, inſpicit ſtatutū uigēs tpe quo lex ordinat. C. de fi. inſtr. l. cōparationes. in fi. ſi ad litis deciſionē & tūc inſpicit ſtatutū qđ uigebat eo tpe, quo cā ex qua ueniebat fiēda, deciſio fuit orta. Statutū aūt p̄ſens tā vetus q̄ nouū non pertinent ad litis ordinationē, qa non dant formam ſup lite, ſed ptātem iudicis limitant ad certum tps. Item nec vr̄ ptinere ad litis deciſionē, nihil. n. ſtatuunt ſup pœna imponenda, ſed ſuper tpe quo formandus ſit ꝓceſſus, & ſi dicat̄ dicta ſtatuta inducūt p̄ſcriptionē, per quam p̄ſcribitur impunitati & ueniūt ad abſolutoria ſerēda, & ſic ur̄ attendi tps veteris ſtatuti quo uigēte cā iam cucurrerat tps. 4. menſium. & ſic p̄ſcriptum erat impunitati; uñ nouū ſtatutū nunc uī̄ ſe extēdere ad crimina quorum impunitati iā p̄ſcriptum erat, ſed ad hoc ꝓbabiliter dici pōt ꝙ illud poſſet ꝓcedere, ſi ſtatutum loqueret̄ in rem, dicendo ꝙ de crimine non poſſet cognoſci ultra quatuor mēſes, ſicut & lex antiq̄ dicebat ꝙ de falſo nō poſſet cognoſci ultra. 20. annos. C. de fal. l. q̄rela. tūc fateor, ꝙ cū vigēte primo ſtatuto mēſes. 4. cucurrerint p̄ſcriptū &c. Sed ſi bñ ſtatuta iſta iſpiciant̄ nō loquunt̄ in rē, ſed in pſonā; dñt. n. ꝙ ptās teneatur & poſſit. ĩ. certū tps ꝓcedere, & ſic non tendunt ad p̄ſcribendū principaliter impunitati, ſed ad ligandum manus ptātis; lʒ quo tpe uiguit antiquum ſtatutum lapſis. 4. menſibus fuerint manus ptatis ligatæ. Nunc tñ ꝯdito nouo ſtatuto ligamē illud reſolutum fuit p cām ſucceſſiuam, & ſic ca tpe variatur; cātur. n. quo ad originē & ꝓgreſſū a primo ſtatuto, quo ſublato tollit̄ & ipm ligamē. ar. C. de epiſ. & cle. l. ſerui ſi dñorum. in fi. & qđ ibi per Bar. ſecus in his quæ ꝓduxerunt effectum perfectum. l. 2. §. 1. ff. de excu. tu. Præſcriptio aūt impunitatis dicet effectus perfectus inducens exceptionem, & ille non tolletur p ꝯñs ſtatutum, ſed ligamen manuum poteſtatis nō eſt effectus in eſſe perfectè productus, ſed cām habens ſucceſſiuā ideo ſublatus fuit ſublata cauſa quæ ipſum ligamen conſeruabat, & ſic dicēdum vr̄ ſtatuta noua debere ſeruari, ſ̄m q̄ tempus triennij, quo ad procedendum ſuper crimine inceſtus, dicitur non fore adhuc lapſum; quia cū inceſtus fuerit cōtinuatus, debuit tps prædictum computari a fine non a principio. ff. ꝙ vi aut clam. l. ſ p. §. annus. & a fine continuati inceſtus nondum eſt triennium, ſc a tempore falſitatis commiſſæ non ſolum trienniū, ſed decennium lapſum dr̄, iō quo ad hoc inueſtigatio præſens ſuperflua eſſet. ¶ Concluditur ergo, ꝙ cum tempora ſtatuti noui ſint ſeruanda non ueteris, dicta inquiſitio ſaltem quo ad inceſtum ſine dubio fieri potuit, & ſic nō poteſt in ſindicatu opponi, ꝙ ĩ. tempora ſtatuti non fuerit facta. ¶ Nūc ad alia procedendum eſt, & poſito ꝙ prædicta ceſſarent, & ꝙ tempora tā veteris q̄ noui ſtatuti lapſa forent quo ad ſui curſum, adhuc defenditur poteſtas a prædictis obiectis, quod ſic oſtenditur, Nam aut ille inquiſitus nihil oppoſuit de dictis obiectis, aut oppoſuit & eis non obſtantibus fuit condemnatus. Primo caſu nullam iniuſtitiam fecit ſibi poteſtas, etiam ſi dictæ exceptiones verè ſibi competebant; quia uidetur eis renuntiaſſe non opponendo ſiue poſſēt opponi ad proceſſum, ſiue ad merita cauſæ, iura sūt vulgata. † 2 Præterea ſi fuit confeſſus contenta in inquiſitione, tollit̄ oīs defectus proceſſus; † 3 quia confeſſio criminis purgat omne vitium; iuxta ea quæ no. Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reorum. & per Inn. in c. qualiter & q̄n. de accu. & eſt caſus in c. 1. eo. ti. lib. 6. & no. in c. piſanis. de reſti. ſpol. uī̄ enim quodammodo ꝓrogaſſe iuriſdictionem iudicis inquirendi ꝙ fieri potuit, Nam cum rōne perſonæ & cauſæ poteſtas haberet ſuper hac iuriſdictionē de mero iure poſitiuo, ꝙ ex lapſu tēporis ligatum eſſet eius exercitiū; potuit dictus inquiſitus omittendo exceptionem prædictam ligamen illud diſſoluere. iuxta no. per Bald. in l. ſi qui ex conſenſu, de epiſ. audi. & idem in alia exceptione, quòd non interuenit accuſator, uel ꝙ cauſa debuit remitti ad forum eccleſiaſticum; omnes enim iſtæ per confeſſionem & taciturnitatem remittunt̄. nam cum per ꝯfeſſionem effectum fuerit crimen notoriū[a] non fuit neceſſarius accuſator. ut in c. euidentia. de accu. & ibi no. & l. ea qđē. C. de accu. Quinimo etiam ſi cōſtitit de crimine, aliter quàm per cōfeſſionē, ex quo tñ omiſit dictas exceptiōes opponere, iuſtè potuit cōdēnari; qa crimina undecūq; claruerint, puniēda ſunt. 24. q. 3. c. ecce. & caſus eſt de hoc in c. 2. de accuſationibus ibi. ¶ Nec obſt. ſi dicat̄, ꝙ ptās potuit defenſiones Rei quærere & ipſo reo tacēte; ut l. ſi nō defendant̄. ff. de pœn. Nā licēt potuerit, nō tñ cogebat̄. ff. de iud. l. nō q̄cq̄d. † 4 Præterea lex illa loquit̄ de defenſionibus tendētibus ad conſeruandā innocētiā, ꝙ publicè utile eſt facere ne indefenſi condēnent̄. ff. de pœ. l. abſentē. ſed iſte erat nocēs, & defenſiones ſupradictæ tēdebāt ad impunitatē criminū, qđ eſt odiū. l. ſi a reo. §. qđ uulgo. ff. de fideiuſ. uñ iudex nō debet ita ſupplere de facto ꝯ utilitatē publicā. Cōcludit ergo, ꝙ ſi dictas exceptiones omiſit opponere, iuſtè potuit condēnari ſi uerè conſtiterit de crimine p cōfeſſionē, ſiue alio mō, tanq̄ eis fuerit renunciatū; & ſic cū nullā iniuſtitiā fecerit, non pōt in ſindicatu dubitare; qa qđ legitimè factū eſt &c. C. de adul. l. Gracc'. Si uerò dictas exceptiones oppoſuit & ptās eas nō admiſit, adhuc idē dico, ꝙ hoc facere potuit & debuit. qđ ſic oſtendit, nā q̄tū ad p̄ſcriptionē temporis dico, ꝙ illa nō cōpetebat; † 5 qa cū crimina iſta fuerint occulta, nō cucurrit tps officiali. ff. qđ ui aut clā. l. ſemper. §. ſed ſi is locus. de calū. l. anniī. & qđ no. Bar. in l. gña. de infa. ſed qa Bar. uī̄ de hoc dubitare in l. fi. ff. ſi q̄s. teſta. li. eſſe iuſ. ideo aduertēdum, ꝙ non oīs ignorātia cōſeruat hoc ius ptāti. Nā quædā ſunt crimina, quæ p diligentē inquiſitionē & inueſtigationē potuiſſent in notitiā ptātis deuenire; qs non fuerūt ita occultè . cōmiſſa, quin facta inquiſitione gñali criminū potuiſſent reperiri, & tūc ſi iudex omiſit talē inquiſitionē facere, uel fecit ſed minus diligēter, ignorantia nō impediret tēpora ſtatuti currere; qa cū potuerit facere ut ſciret, hr̄ pro ſciente. ar. in l. q pōt. de reg. iu. facit c. fi. de elec. talis enī ignorātia nō eſt fundata ſup iuſta cā, & in hoc caſu nō ſumus de p̄ſenti. Quædā uerò ſunt crimina ita occultè cōmiſſa, ꝙ faciliter nō potuiſſent in notitiā deuenire per gñalē inquiſitionem, de qua loquit̄. l. cōgruit. de of. p̄ſi. & ad q̄ñā iudices tenent, ſicut ſunt crimina de q̄bus agit̄ de præſenti; † 6 nā falſitas illarū bullarū ſecretiſsimè cōmitti potuit, & ex illa ſequutus fuit iceſtus, & tūc ignorantia p̄ſeruat ius; qa fundata eſt ſuper iuſta & rōnabili cā. ut in l. ſemper. §. ſi is. ꝙ ui aut clā. qui hoc probat. Iſta diſtinctio ꝓbatur ex cōiunctione illarū duarum. ll. quæ vr̄ contrariæ, ſ. ex l. pen. & fi. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. ſi bene inſpiciātur. Nam lex penult. probat primum membrum diſtinctionis, lex ultima probat ſecundū, & ſ̄m prædictā diſtinctionē intelligendū eſt quod no. Bal. in l. fi. C. de dolo, quæ diſtinctio eſt æqua & rationabilis. ¶ Quantum ad aliam exceptionem, ꝙ non potuit procedi niſi ad petitionem perſonarum conſentarū in alio, dicendum eſt ēt ꝙ illa potuit ſperni; qa ſtatutū illud debet intelligi in terminis ſuis & caſibus ibi expreſsis, de quibus iſte nō eſt; ideo remanemus in diſpoſitione alterius ſtatuti permittentis de omnibus maleficijs poſſe inquiri. C. de epiſ. & cler. l. ſi quis in hoc genus. & no. Bar. in l. 3. §. ſi puto. C. de adul. ¶ Quantum ad tertiam exceptionem, ſ. ꝙ debuerit remitti ad curiam eccleſiaſticam, ſimiliter potuit ſperni ſi fuit oppoſita, quia illud debet fieri cum agitur de re ſpirituali, ſcilicet de fœdere matrimonij. c. tuam. de or. cog. C. de ſacroſan. ecc. l. omni nouatione & quod no. Bar. in l. Titia. ff. ſol. mat. ſed hic non erat de hoc quæſtio. nam ex eo ꝙ iſte fabricauit falſam diſpoſitionem, fatebatur ſe non potuiſſe contrahere ſine ipſa, ſicut ille qui producit abſolutionem uidetur fateri ſe fuiſſe excommunicatum. ut no. in c. uenerabilem. de ele. agebatur ergo ſolum de punitione iſtorum criminum, quæ conſtabāt fuiſſe perpetrata, de quibus nō eſt dubium ſecularem iudicem poſſe cognoſcere & punire. c. ad falſariorum. extra de crimi. fal. & ibi not. facit quod not. in c. cum ſit generale, de foro compe. ¶ Concluditur ergo, ꝙ etſi dictæ exceptiones fuiſſent oppoſitæ per inquiſitum, potuerunt ſperni, & ſic non iniuſtè poteſtas ad condemnationem proceſſit; per conſequens non debet in ſindicatu timere & hæc quantum ad illas quæ reſpiciunt proceſſum.

a Notoriū Adde dom. Pe. phi. cor. in conſ. 55. inc. uidetur in litera S. in 4 part. & nūquid ſpōte confitenti delictum credatur, uide Bald. in conſil. 479. in 5. parte. dicit tamē d. Pet. phi. cor. in conſi. 361. incipit. uiſis. in litera I. in tertia parte ꝙ confitēs delictum ſpōte dicit̄ leſus.

S V M M A R I A.

1. *Fur qui furatur taſcam cum duobus millibus denarijs, ſi fuit punitus ſolum pro mille, & deinde conſtet ꝙ fuerint duo millia, non poteſt amplius puniri; quia unicum furtum eſt. ſed grauius ratione ſummæ maioris, & maximè cum in inquiſitione dictum fuit, furatus eſt taſcam cum mille & ultra.*
2. *Dictio, & ultra prolata a lege refertur ad modicum, ſecus ſi ſit prolata ab homine.*
3. *Similiter an agere poſſit is, cui reſtituta fuerunt mille a fure, cum tamē poſt cōdemnationem conſtiterit de duobus millibus ſibi in illo furto ablatis.*

CONSILIVM XVIII.

IN Christi nomine Amen. ¶ Quòd uxor quondā d. Ristori debeat habere integrum usufru. bonorū, ꝓbat tripl̄r. ¶ 1 † Primò, qa in testō legauerat victū & vestitum, & sic alimēta. ff. de uer. sig. l. uerbo uictus. & de ali. le. l. fi. cū ergo postea p codicillos illa uerba, uictū & uestitū, detraxerit, & loco ipsorum posuerit alia, s. qa uolebat eā esse usufructuā vnà cū filio suo, patet q uoluit legatū ampliare, & sic pl' relinquere q̄ alimēta; al's codicillus fuisset superfluus, cum nihil aliud ibi disponat, qd̄ non est dicendū nec p̄sumendū. ff. de le. j. l. * si qū. i prin. p q̄ dico q licet al's s̄m cōem opi. institutis filijs, uerba illa, vsufructuaria &c. importent solū alimenta ex cōiectura ta mente defuncti, & in fauorē filiorū. iux. no. in auth. hoc locū. C. si scd̄o nup. mu. & l. Titia. & §. fi. de leg. 2. tñ in casu ꝓposito, cū ex tenore testi, & codicillorū cōstet de alia uoluntate defuncti nolētis ultra alimenta relinquere, dico q ēt si extaret filius defuncti, deberet p̄fata dña hr̄e dimidiā usufructus oīum bonorū, & filius alterā dimidiā. ff. de usufr. accre. l. si qs Titio. in prin. filius tñ hr̄et causalē, d. dña formalē, & mortuo filio dimidia eius causalis accrescit d. dñæ, & sic est locus iuri accr. de causali ad formalē, sicut de formali ad formalē. eo. tit. l. si mulieri cū liberis. uer. idē intelligēdū. in tex. & gl. qd̄ est. t uerū, ēt si filius hr̄ditatē adiuisset, cum in usufr. locus sit iuri accre. ēt post acq̄sitionē factā a prin. eo. ti. l. j. §. interdū. uerbū nāq; usufr. de ꝓprio significatu importat īntegrū usumfructū, cui significatui standū est, si alia uoluntas non apparet. l. nō al'r ff. de leg. 3. hic āt non appet alia, imo ꝯformis, ut hic. qa nō sine ministerio loco illorū uerborū, q̄ importabant alimēta, posuit ista. ¶ Scd̄o ꝓbat, qa & si p̄dicta cessarent, tñ ex quo ꝓponit q filius nō fuit hæres, & sic succedūt substituti ex uulgari. * l. si filius hæres. ff. de lib. & posth. q substituti sunt extranei s̄m cōem opi. integrū usumfructū habebit. l. oīum. ff. de usufru. & l. uxori. de usufr. le. certè ēt si filius fuiss. t hæres, tñ qa usufructus fuit relict' p uerba multiplicatiua siue repetitiua, s. donec uidua steterit, & sic censent tot legata quot anni. l. legatū. ff. de an. leg. s̄m opi. Bar. in d. l. titia. §. fi. ꝓ t pe post mortē filiorū, cū sit nouū legatū, dēt hr̄e integrū usumfructū, cū in prin. cuiusq; anni, ī quo dies legati cedit, inspiciat eius cōdō. de an. leg. l. in singulis. de do. cau. mor. l. senatus. §. fi. qd̄ ēt cōsuluit idē Bar. in cōsi. qd̄ incipit: Nicolaus ser Amati. sed vr̄ ꝓbari, q testōr nō simpl'r reliqt cum vsufru. sed adiecit oīum bonorū suorū; ergo &c. ut no. Bal. ī l. fi. C. de indi. uidui. sed Bar. ī d. l. Titia. nō vr̄ de hoc curare. Cōfirmātur āt p̄dicta, qa ut in uerbo asserit, filius p̄fatus mortuus fuit sp p'es annos añ mortē testōris; vñ cū testōr hoc scinerit, & potuerit mutare testm̄ & codicillos, & nō mutauerit, credēdū est cū uoluisse decedere cū eisdē; & q uerba intelligātur in eo significatu, q̄ importāt. ar. corū q̄ no. in l. athletas. §. dat remissionē. ff. de excu. p gl. C. de inof. te. l. 3. & qd̄ no. in l. lex Cor. circa fi. de uulg. & pup. p Bar. & de testa. mili. l. tractabat. Qd̄ āt de liberis fecit mentionē testōr, seu de filijs in plurali, sine dubio ad filios ex ipso testōre susceptos referī, nō ex alio. ff. de ꝯdi. & demō. l. si ul'r uxori. ubi casus. Nec ob. q non hēbat nisi unū ex eo, & sic nō vr̄ posse ī eo uerificari. l. iulius febus. q̄ est l. fi. ff. ad treb. qa ipse fecerat mētionē ēt de nascituris, & sic ad illas referī illud plurale. l. q filiab. 2 de leg. 1. † Sed p̄dictis obstare vr̄ qd̄ idē Bal. no. in d. l. fi. C. de indic. uidui. vbi vr̄ determinare, q īstitutis extraneis mulier nō habeat integrū usumfructū, sed dimidiā, & alterā hēant instituti. & hoc per l. si alij. ff. de usufr. le. sed hoc nō placet; qa illa l. loq̄r, qñ vni legauit fundū, alteri legauit usumfructū eiusdē fundi, quo casu iō ꝯcurrunt in usufructu, qa fundi appl'o cōsistit ex ꝓprietate, & usufructu, & altero deficiēte nō diceret fundus, sed nuda proprietas, uel nudus usufru. ff. de uer. ob. l. q usumfructum. vñ tesstr qñdo uni fundū uoluit q habeat ēt fructū, non nudā ꝓprietatē, sed cum unum instituit hr̄dē vr̄ & alteri legat usumfructum bonorum non ꝯstat ex alio q uoluerit institutum participare aliqd de usufructu, cū instō & hr̄ditas consistāt in iure abstracto a proprietate & usufructu, qa p̄t dici hr̄ditas ēt sine aliquo corpore. l. hr̄ditas. ff. de peti. hær. Nō ergo apparet ex significatu instōnis q uoluerit institutum participare de usufructu uiuēte usufructuario. & iō integer usufructus ptinet ad legatariū, ꝓprietas uerò ad hr̄dē. d. l. oīum. ff. de usufr. dēt tñ uidere ne excedat æstimationē dodrantis, ut ibi hr̄. ¶ Vltimò p̄t dubitari de eo qd̄ no. Bar. in d. l. Titia. §. fi. in fi. ubi q̄rit qd si instituti non erāt penitus extranei, sed erāt attinentes, ut collaterales, an erit idē qd̄ qñ filij sunt instituti. & nō soluit. Sed Ia. But. in l. 1. si secundo. nup. mu. tenet, q non sit idē, qd̄ in filijs; sed idē, qd̄ in penitus extraneis, qa rō * consuetudinis, de qua ibi no. fundatur in fauore filiorum. & ita * cōiter tenetur, & uidi de facto, sicq; nō obstat q isti instituti erāt attinētes, & ꝯsortes testōris. Concluditur ergo d. dñam dēre hr̄e integrū usumfructum, dūmò dodrantē nō excedat, & dūmò stet in domo, ꝓut testōr disposuit, uel nō stet p eā, sed p hr̄des. ff. de an. lega. l. meuia. puto tñ, qd̄ illa ꝯdō de stādo in domo cēseatur apposita solū eo casu, quo liberi extarent, qa uoluit eā hr̄e curā de eis, sed eis nō extātibus nō uideo ad quē hoc noluisset, vñ nec ipm puto uoluisse, lȝ notarij male sciuerit uolūtatē ei' exprimer̄.

SUMMARIA.

1 *Substitutus in casu quo institutus & alius decedat sine liberis, si unus tantum reperiatur qui sine liberis decesserit, ad substitutionem non admittitur, secus si testator locutus fuerit per alternatiuam, seu.*

2 *Hæreditatis fideicommissariæ quo tempore debeant uires inspici, quando agitur de bonis eius alienandis pro dote data, uel restituenda. & 3.*

3 *Pater quando teneatur se obligare pro dote quam filius recipit.*

CONSILIVM CCXIX.

IN Christi nomine Amen. ¶ Visis & cō 1 sideratis q̄ ī. narrantur, non multum vr̄ necessarium discutere de eo qd̄ q̄ritur, † qm̄ d. Barna. non vr̄ posse uenire uirtute substōnis factæ a Francisco, quo solo casu ꝑpēdere posset dubitatio. ī. formata. Nā d. substō fuit concepta in casum mortis plurium masculorum institutorum, vȝ Nicolai iam nati, & posthumi seu posthumorum nasciturorū, ut patet ex uerbis testi. ī. narratis. Dīt. n. q si contingat d. Nico. & aliū seu alios decedere sine liberis &c. Notandū qa dicit, & aliū, & sic loq̄tur p copulatiuā, & non p disiunctiuā, seu; & sic reqritur ad hoc ut uēdicet sibi locū substō, q sine liberis decedat, nō solū ipse Nicolaus, sed ēt alius seu alij nascituri. Reqritur ergo cōcursus duorū morientiū sine liberis aut pluriū de significatu huius copulatiuæ positæ inter Nicolaū & aliū. ff. de cond. insti. l. si hr̄des plures. Sed in facto proponitur, q nullus masculus fuit; ergo nec mori potuit, quia uiuens moritur. ff. de manu. testa. l. q duos. §. j. Nāque mors priuatio est uitæ, & eā soluit. in Auth. de nup. §. deinceps. Et ubi nō habitus, nec priuatio esse p̄t. ff. de uer. ob. l. decē. facit. l. meuia. ff. de hære. insti. Solus ergo Nico. mortuus est sine liberis; igr̄ nō extitit ꝯdō substōnis, q̄ cōcepta fuit in casu plurium filiorū morientiū sine liberis, & sic iste casus tanq̄ omissus a testōre relinquitur dispōni iuris cōis. l. cōmodissimè. ff. de lib. & posth. Ita exp'ssè determinat Io. An. in q. quam dicit quasi in terminis nr̄is fuisse de facto, & ita refert fuisse iudicatū in addi. Spe. ti. de test. §. in primis. in fi. in magna addi. q̄ incipit huic qōni. in q. 4. Et alleg. q pluralitas de sui significatu nō p̄t in uno saluari. de leg. 2. l. legato. §. q plures. cōiuncta. l. meuia. §. eum qui. e. tit. & qd̄ in solone carū no. facit. ff. de opti. leg. l. 1. cum si. Nō ergo p̄t uenire d. Barna. nisi ut hæres Nic. & si ita est res clara pro d. dña, quia hēt ius potētius eo, & cessant iura dicentia, q bona subiecta restōni non p̄nt alienari. C. cōia. de le. l. fi. Si uero testōr locutus fuisset alternatiuè dicendo, q si contingat Nicolaum seu aliū seu alios nasciturος decedere sine liberis &c. cessarent p̄dicta; quia ex morte solius Nic. purificata fuisset substō; ut d. l. si hæredes plures. 2 † Posito āt q p̄dicta locum non hērent, & q d. Barna. possit uenire en substōne fideicommissa. dubitatur de eo qd̄ ī. q̄ritur. Nā certum est bona subiecta restōni posse alienari & obligari pro dote restituenda, * quā grauatus receperat, sicut pro dote danda s̄m opi. cōem glo. & doc. in auth. res q̄. & in corpore vñ sumitur de testi. & ea q̄ parit. quia tex. est ibi in §. adierunt &c. Et hoc est uerū, si lēgīma & trebel. non sufficiunt, nō al'r ut ibi. ¶ Est ergo dubiū, quia t pe mortis p̄ris Nicolai lēgīma & treb. sufficiebant; hodie uero eum extat casus restōnis non sufficiūt eo quia ꝓponitur q multa bona fuerunt dissipata per Nic. & alienata quæ sine dubio in legitimam & treb.

Treb. debent cōputari. vt.l. Marcellus.§.cres q.ff.ad treb. & ēt in aliud verū debitū qđ a pře filio debebat. ext.l.pe. verū .d.dña recursum hře posset ꝯ alia bona postq̄ lītma & treb. nō reperitur in hrde. Et vř dicendū q̄ nō. Nā si nō essent alienata non possent, qa sufficerent alia .p restōne d.dotis, vt d.auth.igř. nec adhuc licet sint alienata; qa censent nō alienata pp dolū alienātis, quia sciebat se grauatū, & ēt ad dotē obligatū.ff.de reg.iu.l.q dolo.& l.rē. Itē in lītma non cōputant fructus[a]. C.de inof.te.l.scimus.§.repletionē. sed in dotē sic.l.mulier.§.cū proponeretur.ff.ad tre. & ibi p Bar. igř & in dotē cōputātur. Itē alienata cōputantur in uerū debitū: vt l.pe.c.ti.fortius in dotē, q̄ est quasi debitū, ut no.in d.§.cū .p poneretur. Itē fructus cōputantur in dotē, ut d.§.sed si sint cōsumpti malafide, eodē mō cōputātur, ac si extarēt, ut ibi vř velle Bar. Itē sif. uidemus in fi. ar. si filius est pure grauatus unā tm̄ quartā detrahit, quia una cōputatur in alterā. Ita hic cū alienata computentur in lītmā, & lītma cōputatur in dotē; igř & alienata sifr cōputabuntř i dotē, & alia diminutio fieri nō dēt, ne nimis oneretur fideicōmissarius. ¶ In ꝯriū, qa .p uisio d.auth. partim emanauit in fauorē filiorū, qđ patet; qa in extraneis nō hēt locū ꝫm Ia.de Bel. ibi licet ne ie ꝯriū p tex. in nouel. sed prima uerior est, cum tex.d. auth. nō loquat nisi in filio grauato; partim emanauit in fauorem mulierū q̄ dotē dederunt, ne remaneāt deceptæ, & .p dāt dotes, ut patet in §.adierunt. & partim in fauorē dotiū, & pp publicā vtilitatē, vt matrimonia ꝯhātur, vt in §.quāobrē. vñ cū oīa ista sint cōnexa & inseparabilia, non posset ipse grauatus renunciare exp̄sse .p uisioni illius auth. iuxta no. in l.si qs in cōscribēdo.C.de pac. & in magna distin. p Bar. ergo nec vř ipso facto renunciare alienando.l. q adcertū. ff. loca. Præterea frustratoria esset .p uisio illius auth. mulieribus, quibus voluit .p uidere ne suas dotes .p derēt, si non inspiceretur t̄ps restōnis dotis, sed alterius; an sufficiat lītma uel non, cū prius agere nō possit.l.2.in prin.ff.sol.mat. de pac.l. iurisgen.§.quinimo.ver.utputa & q.ibi no. Dicendū est ergo, q̄ an sufficiat lītma uel non, dēt inspici t̄ps restōnis, & tō dū dicit ibi ad obłonē &c. inquantū refert ad hunc casum de dote restituēda, dēt exponi obłonē .i. restōnē, vt sentit gl. & sic est sensus, q̄ si t̄pe, quo restituenda est dos, lītma & treb. non sufficiūt, tūc fiat diminutio de residuo; dēt.n. uerbū illud intelligi ꝫm aliud, ad qđ refert, & ꝫm eius t̄ps.l.in delictis.§.si extraneus.ff. de noxa. Et hæc pars mihi placet. & dolus grauati de restituendo nō dēt uxori suę nocere, q̄ cōtēplatione oīum bonorū dedit dotē l.electio.§.fi.de noxa. iunctis his q̄ no. in l.si stipulatus.§.j.ff.de fide.† Nā př tenet se obligare, & bona sua pro dote, quā filius recipit dūmodo ducat .p sonā honestā iuxta no. p Bar. in l.si cū dotē.§.trāsgrediamur.ff. so.ma.per Dy.& Bar. q̄ obło vř inhærere eius bonis, & hrīditati, si post eius mortē ducat uxorē.ar.ff.de lib.agno.l.si qs a liberis.§.itē rescriptū.& qđ no. Cy. in l.alimenta.in fi.C.de neg.ge.& hř pro .p fecta, ex quo est necessariò fienda.l.2.ff.de euic.& ff.de do.dā. infe.l.si finita.§.elegāter.& sic dicendū vř, q̄ mulier .p dote sibi restituēda nō solū hēt obligatā lītmā & treb. sed et oīa bona, licet nō debeat ius suū exercere, nisi super lītma & treb. eo casu quo sunt apud grauatū; qa nō sunt aliena.ar.l.sicut.ff.de serui. Sed eis alienatis ne cogat .p seq possessorē, q fortè durior est aduersarius, vř hře electionē.s.vel agere sup alijs bonis restōni subiectis, vel agere ꝯ possessorē; qa sicut grauatus nō pt sibi auferre ius suū, ita nō dēt possessor ipsum alterare, qa per directū posset tollere cogeretur .p seq pos. Nec ob. in contrariū allegata; quia .p cederent in dote ꝯstituenda, ubi ageretur solū de p̄iudicio grauati, non in dote restituenda, ubi ageretur p̄iudicium mulieris ne perdat suum.

S V M M A R I A.

1 Depositarius mercium diuersorum si pro conseruatione mercium aliquas sarcinas siue ballas tyranno, uel similibus dederit, cuius debeat esse damnum deperditarum mercium.

2 Domus si destruatur ne ignis toti uiciniæ noceat, an debeat tota uicinia damnum reparare.

3 Ambasiator alicuius ciuitatis captus si redimatur, tota ciuitas debet contribuere.

CONSILIVM CCXX.

1 IN Christi nomine Amen. ¶ † Proponitur in facto, q̄ qdā solitus conducere mercantias de ciuitate Lucana ad ciuitatē Parisien. conduxit certas mercantias pluriū ciuiū Lucanorū & Bononiensiū usq; ad ciuitatē Lugdunensem de regno Franciæ. Et cū esset ibi non audēs ulterius trāsire pp guerras significauit hoc mercatoribus Lucanis existētibus Parisijs, q rescripserūt q̄ ulterius non .p grederetur, sed mercantias dimitteret apud quendā Burgensem d.ciuitatis, & ita factū extitit. Postea Delphinus hoc p̄sentiēs misit ad dcm̄ Burgēsem .p d.mercantijs asserens mercatores Lucanos Parisijs existētes sibi mandātū fuisse. Qui Burgensis denegauit, & aliquas uerò .p misit describi & sequestrari. Postea Delphinus iterū & iterū misit pro d.mercantijs. Et finalř dictus Burgensis deuictus instantia quasdā ballas de d.mercantijs assignauit d. Delphino seu misso .p eū, vt alias ballas sequestratas dimitterent in pace, & .p ipsarū cōseruatione. Nunc q̄ritur cuius sit dānū dictarū ballarū assignatarū d.Delphino, an illius uel illorū tm̄ cuius sunt, an uerò aliquorū eorū q̄bus sunt aliæ ballæ ꝯseruatæ ita q̄ teneantur in aliquo participare. Vř dānū esse illorū tm̄ quorū erant illæ ballæ deperditæ seu Delphino assignatæ. primò p.l.pig.& l.q̄ fortuitis.C.de pig.ac. ubi hř q̄ periculū interitus rei ptinet ad illū q̄ ē dñs eius. Secūdò, qa casus fortuitus nocere dēt illi tm̄, in cuius p̄sona euenit.l.si uno.§.q̄ q.dā.ff.loca. ubi plene no. & facit.l. principis requiris casum fortuitū.ff.de euic.l. Lucius. Tertiò, qa iniuria facta uni alteri nocere nō debet q̄ fuit in aliqua culpa.ff.de euic.l. si p imprudentiā.in prin.& de fur.l.excep. Quartò, qa ubi nō est delictum, non debet esse pœna.C. de pœ.l.sancimus. sed hic nullum est delictum aliorū; ergo &c. Facit de ꝯtemp.l.fi. ¶ Bř his non obstātibus dico, q̄ si p̄fatus Burgensis dedit & consignauit p̄fatas ballas .p cōseruatione aliarū, vt pponitur, & cōseruatæ sunt pp hoc, q̄ alij quorū ballæ sunt cōseruatæ tenentur participare .p rata, ff.ad l.Rhod.de iactu.l.1.& l.2.post prin.ibi, æqssimū.n.est &c. ubi cōcor.ubi ad hoc alle.in gl. Per quos tex.du.ibi. Guil.de Cu.† q̄ si .p 2 reparatione ignis ne totam uiciniā incendat, domus alicuius fuit destructa[b], dānū debet esse cōe oībus uicinis, qbus potuisset nocere ignis si destructa non fuisset. & ar.ff.quēadmo.ser.amit.l.si locus.§.fi.& C.de oī agro deser.l.q̄cunq; in fi.ff.ne qd in loco pub. 3 Et.§.uiarū. † facit qđ ēt dř de ambasiatore alicuius cōitatis capto & redēpto, ut tota cōitas debeat contribuere, qa pro tota cōitate damnū passus est, de quo per Cy. C. ad l.iul.l.si quis ad se fundū fecit.ff.pro socio l.cum duobus.§.quidam sagaria. contraria ergo loquuntur si pro conseruatione aliarum datæ non essent.

S V M M A R I A.

1 Statuto disponente, q̄ consors teneatur uendere domum habenti murum communem, an si duo fratres habeant murum communem possit uolens alienare cogi ad uendendum uni eorum fratrum.

2 Præoccupationi an sit locus, ut prius petenti teneatur uendere.

Instrumentandi est ius liudemdum.

CONSILIVM. CCXXI.

IN Christi nomine Amen. ¶ In hoc passu duo sunt, pp q̄ vř illum q recipit insolutū, non teneri uēdere 1 huic petenti. † Primū, qa statutū sub rubrica de .p hibita alienatione. ante finē. in ver. q̄libet insolutū dās uult q̄ teneatur uendere consorti hñti murum cōem, q̄ uerbū hñti, intellr. s.iure .p prietatis.ff.de le.3.l.q habebat. in prin. pinde ergo est, ac si diceret ei, q̄ ē dñs muri cōis. Sed iste q petit sibi fieri uenditionē, non solus hēbat murum cōem cū eo cuius prius fuit, nec solus hēt cū illo a quo petit, sed cū fratre suo; & sic sunt duo ꝯsortes ex una parte, & unus ex altera. Neuter āt illorū duorū pt .p priè dici hře murū cōem cū illo, sed impropriè, qa qđ cōe est, nō est meum .p priè loquēdo; ita dicit gl. in l. id qđ nrm.ff.de reg.iu.& Bar. in l.serui electione.§.j.in fi.ff.de le.j. Cōstat āt q̄ in statutis uerba debent sumi .p priè, nō impropriè, l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.ge.& no. Bar. in l.oēs populi.de iusti.& iure. Si ergo iste q petit sibi uendi nō pt .p priè dicere murū esse suū; ergo non vř posse dicere q̄ habebat murū cōem. ¶ Scd'm est, qa & si illa cessarent, illud ius petendi uenditionē vř cōpetere utriq; illorū.s.illi petenti & fratri suo q secū hēt partē, ipse āt solus petijt, & sic nō vř debere obtinere, quia aut uult totā rē sibi uendi, & non vř hře ius hoc petendi, quia sicut ipse nō hēt solus nisi dimidiū iōnis, cuius ius petit illud ius, sed hēt eā simul cū fratre, ita vř q̄ non hēat ius petendi uenditionē insolidum, nisi habuit mandatum a fratre, & eōi noīe petierit. ar.ff.de acq.hære.l.duos fratres.in fi. Aut petijt uenditionem fieri .p parte sua & nō cogitur ille hoc facere, quia sic incideret in cōmunem inuitus.ff.de condi. inde.l. si nō fuerit.§. si centū.& no. per Bar. in l.cui ususfructus.ff.de usufr. lega.& ibi casus in l.quod autem.§.fin. cum l.sequen.ff.de in diem adiec. ¶ Bř non obstantibus dico ꝯtrarium, q̄ uenditio est fienda huic petenti, & q̄ aduersarius debet sibi condemnari, quia negari nō potest ipsum habere murum cōmunem cum eo a quo petit, licet non

a ¶ Fructum. Adde Bal. in cōs.491. in 3. par.& in cōs.321. in 4. par.

b ¶ Dēt esse cōe. Vide simile casū pulchrū cōsi. Bal. i cōs. 422. inci. q dā noīe restitutus &c. in 2. uolu. H.F.

non ipse solus habeat, sed simul cũ fratre. ff. de ritu nup. l. illud ubi casus. & sic in eo verificant verba statuti, ergo & ei' dispositio. arg. ff. de iud. l. 2. §. 1. ibi an leg. satisfactũ &c. sicut & cessat dispositio legis, ubi cessant eius verba. l. hos accusare. §. oĩbus. de accu. Itẽ qa ẽt in dispositione statutaria, & ẽt pęnali qđ cõe est, meũ est, ita expresse determinat Bal. in. l. 1. C. q test. fa. pos. dicens. q ꝑprie dr id, qđ simplr ẽm qd dr. Nec ob. gl. in l. id qđ nostrũ. qa ꝓcedit quãtũ ad dispositionem totius, hic loquimur quantum ad dispositionẽ partis, id est in ris quod acquirit sibi ratione suæ partis. Præterea statutũ non requirit q murus sit suus. s. ipsius petentis, tunc. n. ꝓcederent allegata in ꝯriũ, sed requirit q murus sit cõis inter petentem reum a quo petitur. posito ergo q iste q petijt venditionẽ sibi fieri, non posset ꝑprie dicere iste murus est meus, ẽm quod vult illa gl. põt tñ proprie dicere, ego habeo murum cõem tecũ quantuncunq; modicũ habeã. ut. d. l. illud. de ritu nup. Et verificantur in eo verba statuti. Præterea hoc statutũ non requirit illum ꝑprium significatũ, sed contentatur de improprio, ex quo vult q teneatur uendere habenti murum cõem, qui nõ põt proprie dicere iste murus est meus ẽm illam glo. & tñ statutũ vult q sibi fiat venditio, & sic non est curandũ q iste non posit proprie dicere iste murus est meus, ex quo põt dicere ego habeo istum murũ cõem tecũ, qa hoc solũ requirit statutũ. Ex qbus patet non obstare q̃ primo loco aũt allegata in ꝯrium. Sr non ob. qđ dixi secundo loco. † Nã istud ius reuendendi est ius indiuidiũ, qa continet rem tradi, qđ est indiuiduũ. ff. de uer. obl. l. stip. nõ diuiduntur. & ita expresse determinat Bar. in d. l. cui vsufru. ff. de vsufru. leg. sic ergo acquiritur cuilibet istorũ fratrũ in solidũ. l. 2. ff. de ver. obl. & per consequens locus est preoccupationi. l. si pluribus in. ff. de leg. 1. l. 2. de duobus reis. de dona. l. si rem. §. si duo. sed iste præoccupauit petendo, ergo &c. iuxta no. in. d. l. si pluribus. per Bar. Præterea posito q ista cessarent, non habet obstare q iste solus petijt in solidũ, quia non nisi in solidũ petere poterat. Nã si petijsset vendi pro parte, non tenebatur ille vendere, vt. d. l. qđ aũt. §. fi. & not. Bar. in d. l. cui vsufru. & posito q non potuisset preoccupare in preiudicium fratris, non sequitur qđ petere non potuerit, quia facta venditione in solidũ, aut frater eius uolet hẽre partem, & tenebitur sibi cedere, si ponamus qđ in præiudicium eius preoccupare non potuit, aut nolet, & tunc tota res remanebit apud petentem, quia hic est casus in quo locum habet ius accrescendi in dispositionibus inter viuos. ff. de contrahen. emp. fundus ille. & not. Bart. in. l. re coniuncti. de lega. 3. circa fin. Concludit ergo, ptes iudicis esse in ꝓnũciãdo ꝓ petente, si alia ñ obstant q̃ ea q̃. ĩ. dixi in ꝑalleg. loco, qbus est sufficienter rñsum.

S V M M A R I A.

1 Citatus personaliter non comparens non potest appellare.
2 Cessionarius cui fit cessio ex necessitate, habet idem priuilegium super cessa, quod habebat cedens.

CONSILIVN. CCXXII.

IN Christi nomine Amen. ¶ Sup scđo puncto, q est an pendente cã appellationis, posit per' cõpromissum aute ips datũ ad faciendũ deponere testes, qđ in prima instantia nõ fuit petitũ, nihil intendo de pñti scribere, qm alṡ fui de hoc a quodã interrogatus verbo, & silr verbo 1 rñdi id qđ ꝓ tũc mihi occurrit. ¶ † Sup primo uero pũcto q est an dict' Nicolaus q fuit citatus ꝑsonaliter & nõ cõparuit, potuerit appellare. Rñdeo certũ de iure cõi q nõ, qa fuit uerus ꝯtumax. ergo &c. ff. de iud. l. & post edictũ. §. fi. de appel. l. ex cõsensu. §. fi. de in integ. resti. l. diuus. & plene no. e. ti. l. fi. & qđ no. cano. de sen. ex cõ. venerabil. li. 6. de iure verõ municipali nil dico, qa nil de hoc ĩ 2 pũcto ꝓponit. ¶ † Sup tertiõ verõ pũctu, si cessio ista fuisset facta ex cã volũtaria, & utiliter apud cedẽtẽ remãsura foret, puta si ex cã emptiõis uel donationis, tũc in cessionariũ non trãsisset priuilegiũ euitãdi ꝯpromissũ, sed qa pmittit facta ex cã necessaria. s. fideiussori qui se obligauerat ad dotẽ & eã restituerat mulieri, sic sibi necessariõ debebat fieri cessi. ff. de sol. l. cũ is puto q in ipm trãsierit dictũ priuilegiũ, per ea quæ determinat Bar. in l. post dotem. circa fi. solu. ma. & l. 1. C. de priuil. do. & quod no. Cy. in l. fina. C. de procur. & Bar. in l. facta. §. si hæres. ad treb. Nam in effectu ad ipsam mulierem videtur redire commodum cessionis.

S V M A R I V M.

1 Quarta portio quæ debetur episcopo de relictis ecclesiæ maiori, non habet locum quando testator grauat hæredes de erigendo altari in dicta ecclesia & subministrandis sumptibus sacerdoti eidem altari deseruienti ex fructibus possessionum, quas mandauerat emi ex quadam summa pecuniarum.

CONSILIVM. CCXXIII.

IN Christi nomine Amen. ¶ † Vr mihi dicẽdũ indubitanter, dictã canonicã portionẽ nõ deberi dño epo de dispositione pdicta plurib' rõnib'. ¶ Prima aut dicem' eã deberi de fructibus possessionũ emendarũ, & falsum est, cũ dicti fructus sint deputati & relicti ad ppetuũ cultũ diuinũ ut in. c. fi. de test. & hoc fatet ille q ꝯsuluit in fauorẽ dñi epi. Aut dicemus eã deberi de ꝑprietate dictarũ possessionũ, ꝓut dixit dict' ꝯsultor, & silr est falsũ, qa si bñ ꝯsiderent uerba testatoris de qbus ĩ. testator dictas possessiones nõ reliquit ecclæ maiori, in qua uoluit ꝯstrui dictũ altare, sed solũ disposuit & mãdauit, q de pecunia redigenda de qbusdã pãnis emerent dictæ possessiones, q̃ ẽt pecuniã non legauit d. ecclæ, sic ergo ꝑprietas dictarũ possessionũ est apud hæredes scriptos, lz fructus deputati sint ad sustentationẽ sacerdoti. Per q̃ pz nõ obstare dictũ. D. Petri de Perusio, qđ allegat cõsultor, vz in tractatu suo de quarta epali. §. venio ad septimum. ver. qd si aliqs instituat hæredem &c. qa ipse loqtur si bñ inspiciat eo casũ quo ꝑprietas fuit relicta ecclæ cũ onere distribuẽdi & assignãdi fructus ad ppetuũ cultũ vnius altaris uel capellę, uel qñ fuit relicta pecuña ecclæ & mãdauit ex ea emi possessiones, q̃rũ fruct' deputatos esse noluit ad seruitiũ capellæ, sed hic nec ꝑprietas nec pecunia ex qua deberẽt emi possessiones pdictæ, fuit relicta ecclæ, ergo &c. Nã epo nõ debẽt quarta nisi de relictis factis ꝑprijs ecclasticis locis. ut in c. officij. & c. reqsisti. de test & in c. cõquerente. de of. ord. secus in factis ꝑsonis ẽt ecclasticis, nõ tñ cõtemplatione ecclesiæ. ut d. c. reqsisti. §. fi. & qđ no. in c. 2. de sepul. Multominus de his q̃ nullo mõ relicta sũt, ut in casu ꝓposito. ¶ Scđõ, qa si dicta ꝑprietas cẽseret fuisse relicta, qđ nõ est uerũ, nõ cẽseret relicta ecclesiæ maiori pdictæ, sed alteri cõstruẽdo ꝓ eius dote, cũ ñ debeat erigi altare uel capella, uel si est erecta nõ dz cõsecrari, nisi ei assignet dos cõpetens. de cõse. eccle. uel alta. c. cũ sicut. de cõse. di. 1. nemo & in Auth. ut nullus fabri. ora. §. 1. 19. q. ult. c. piæ mẽtis. Intelligiĩ ergo testator uoluisse relinquere ꝑprietatẽ dictarũ possessionum in eãm, in q̃ tenebatur. l. in dotẽ postq̃ mãdabat altare astrui. ff. de dona. inter uirũ & vxo. l. sed si uir lana. & qđ ibi no. in 1. gl. con iunctis iuribus. s. dictis. Sed de eo qđ relinquit ꝓ dote altaris seu capellæ cõstruẽdæ, aut ẽt ꝯstructæ & nõ habẽtis dotẽ, nulla canonica portio debẽt epo, qa dicta dos dz eẽ libera & absq; vllo onere. de cõse. c. 1. & ita expresse determinat idẽ dñs Petrus ĩ d. §. uenio ad septimũ. uer. qd si testator iubet ecclam noviter. & ver. qd sit testator instituit hæredẽ vlem altare &c. q versiculi sũt post illũ uer. qd si aliqs instituat hæredẽ ecclesiã &c. quẽ consultor allegat bene p duas colũnas & ultra. Ex cuius dictis in uer. s. dictis colligit manifesta determinatio in oppositũ eius qđ cõsultũ extitit. Nã determinatio dicti cõsilij posset ꝓcedere, si ꝑprietas dictarũ possessionũ, uel pecunia ex qua uoluit eas emi, fuisset relicta ecclæ maiori, in q̃ mãdauit altare cõstrui uel ipsi altari habẽti dotẽ cõgruã, & ita loquitur dñs Petrus in loco allegato p dñm consultorẽ. At hic neutrũ est, qa nec alicui ecclæ uel altari fuit relictas ꝑprietas seu pecunia ex qua deberent emi, uel si dicamus cẽseri relictã, videbit. i. cẽsebit relicta altari cõstruẽdo ꝓ dote, qđ altare nullã aliã dotẽ habebat ꝯgruã. de quo relicto ꝓ dote nulla canonica portio debẽt scđm dominũ Petrũ pdictũ. ¶ Prætera & tertio ẽt si ꝑprietas fuisset relicta eccla maiori, tñ ex quo redditus fuerunt deputati ad ppetuũ & diuinũ cultum dicti altaris, pinde hẽt ac si ipsa ꝑprietas fuisset relicta ad diuinũ cultũ, qa ipsa ꝑprietas nuda p seipsam nõ debet cõsiderari, cũ nullius vtilitatis sit, sed debet cõsiderari ad quẽ vsũ sint deputati fructus ad eundem cẽseat deputata ꝑprietas, & sic ex ea nõ debeat canonica portio, sicut nec de fructibus. & ita tenent qdam moderni doctores canonistæ ualẽtes uiri reprehendẽtes dñm Petrũ in loco allegato p cõsultorẽ, & dicẽtes distinctionẽ eius eẽ magis verbalẽ, q̃ realẽ, & ꝯ mẽtẽ. c. fi. de test. ut in eorũ scriptis & apostillis. vide sup dicto tractatu. Et puto q bñ dicãt, qa nõ posset defalcari ꝑprietas, quin defalcarent ẽt fructus redditus, sed ipsi non sũt defalcandi, ex quo deputati sũt ad diuinũ cultũ, ergo nec ꝑprietas, p cuius defalcationẽ pueniret ad defalcationẽ fructuũ, qa uno ꝓhibito cẽset ꝓhibitũ omne aliud p qđ perueniretur ad illud. ff. de sponsa. l. oratio. cum concor. ¶ Ex qbus oĩbus sine vlteriori ꝓsecutione cõcludo nullã canonicam portionẽ deberi pfato dño epo, nec de fructibus, nec de ꝑprietate dictarum possessionũ emendarum pro sustentatione sacerdotis deputandi ad dictum altare, sicut si testator prædictus mandasset fructus quarundam possessio-

num, quas habuisset tempore mortis deputari ad dictum perpetuum & diuinū cultum, quo casu proprietas remaneret perpetuò apud hæredem. Nam & idem censetur hic uoluisse, cum mandauit emi possessiones, & nulli eas reliquit, sed solum fructus deputauit ad dictum usum. Vel sicut si dictas possessiones reliquisset prò dote altaris, ad quod dotandum tenebatur, ut dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Statuto si caueatur, ne de possessione agatur summariò, nisi de poss. turbata, si super eadē turbata poss. uia ordinaria agatur & pars nō opponat, ualet iudiciū.*

CONSILIVM CCXXIIII.

1 IN Christi nomine Amen. ¶† Statuta. s. relata requirūt ad hoc ut cā possessoria sit summaria, ꝙ agat̄ de possessione turbata, seu inuasione, ut ex cis patet. In casu ergo nostro siue dicamus intentatum petitoriū, constat iudicium non esse summariū, C. de iudi. l. iudices. siue possessoriū, adhuc idē. Nā de iure cōi iudiciū possessoriū nō est summariū, ut no. C. q legi. perso. l. momentaneæ. p Cy. j. q. & p Bar. ibidē. & p eundē in l. naturaliter. §. nihil cōe. in pe. & ult. col. & in in l. momētaneæ. C. unde ui. licèt quantū ad articulū ꝓprietatis, q aliqn uertitur incidenter eo possit dici summariū, qa summatim de ꝓprietate discutitur, ut ibi no. Ipsum tñ principale iudiciū possessorium sp & reglr est ordinariū de iure cōi; qa eo lis cōtestatur, ordo iuris seruatur, & sñia in eo lata est diffinitiua. C. de sen. l. post sñiam, & no. in l. j. si de momenta. pos. Item nec ex forma dictorū statutorum dicta cā pōt dici summaria; qa non fuit in libello intentata illa qualitas, q̄ requiritur a statuto, ad hoc ut sit summaria. s. turbatio possessionis, uel inuasio, ergo &c. ar. ff. qbus ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. 2. & q. de illo no. Bar. ui bo. rap. l. prætor. §. docere. ne qd in flumine publi. l. j. q bene facit. sicut. n. qualitas necessaria p uictoria obtinenda, & sup qua fundatur intentio agentis, dēt in libello ꝓponi & ꝓbari, ita & illa q̄ necessaria est ad procedendum summariè, & ea non ꝓposita non censetur intentata uia statuti, sed uia iuris cōis, q̄ ex uerbis colligi pōt. ff. de lib. & posth. l. gallus. §. j. & qđ ibi no. Constat aūt hoc fieri posse. s. ꝙ licèt adsit qualitas a statuto requisita, possit actor cā in libello deducere & petere summariè procedi, si tñ nō vult, sed ꝙ ꝓcedatur ordinariè pōt hoc ēt petere; & ēt ita procedi pōt, si iudex non est a statuto necessitatus ad ꝓcedendū summariè, ut no. in cle. sæpe. de uerb. sign. ar. l. j. C. qūo & qñ iudex. Non igitur multū expedit laborare in uidendo, q̄ actio uel qđ remediū fuerit in hoc iudicio intentata uel intētatū. Cū quæcunq; uel quocunq; fuerit intentatæ uel intentatū, idē sit effectus. ar. d. l. gallus. §. eius. in fi. ff. de lib. & posthu. Et sic concludo unà cū suprascriptis egregiis consultoribus, ꝙ in hoc iudicio seruanda sunt tēpora statuta causis ordinarijs, & si illa nō sunt transacta, pōt uel potuit sñia ferri nō obstantibus obiectis in contrariū, qbus de facili patet rñsio p p̄dicta. Nā hic ptes elegerunt uiā iuris cōis. s. actor in petēdo ordinariè ꝓcedi & i omittēdo qualitatē a statuto reqsitam, & in cōtestādo litē, & reus silr in patiēdo & non opponendo; igit̄ hæc uia cis pateat. ff. qđ me. cau. l. pen. §. fi.

SVMMARIA.

a *Compromissum si fiat in quatuor ex forma, ut duobus in idem consentientibus stetur quo ad laudum ferendum & corrigendum, alij duo non possunt contrariū iudicare nec laudata per alios corrigere.*

2 *Inhibitio facta per unum ex conIudicibus non potest per alium reuocari.*

CONSILIVM CCXXV.

1 IN Christi nomine Amen. ¶† Visis & consideratis oibus. s. scriptis dico dicta prima duo lauda lata ꝯ dictū Michaelem in fauorē dictæ hæreditatis ualere, sequētia uerò lauda lata in oppositū non ualere. Primū dictū probatur ex forma compromissi quo data fuit ptās laudādi duobus ex dictis arbitris cōcordantibus aliis ēt irrequisitis; ergo &c. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. iuncto. c. cū plures. in prin. de off. dele. li. 6. Scđm dictum probatur in c. cum plures. uersi. porro. & in c. si duo. de procu. eo. lib. ff. de offi. consul. l. j. de ꝓc. l. pluribus. facit de le. j. l. si pluribus. in fi. p q̄ iura patet, ꝙ primi arbitri laudando p̄occupauerunt sibi omnem ptātem datam ex compromisso, & ꝙ alij arbitri postea se intromittere non potuerūt ēt in corrigendo uel reuocando prima lauda, posito ꝙ malè lata fuissent, postq̄ extabāt primi duo arbitri q dicta prima lauda tulerūt, & non erant nec sunt impediti. Nā talis correctio & emendatio ptinebat, & pertinet ad p̄dictos duos, qui laudando præoccupauerunt, qūcunque uerò cēsēt cōpromissum consumptū illis primis existentibus & non impeditis, ut d. c. cū plures. §. j. Sicut. n. illi primi p̄occupauerunt sibi ptātem laudandi, qđ erat princiṗr eis compromissum, ita & quantū ad dependentia & connexa, vcʒ corrigēdi & emendādi uirtute ptātis eis attributa super hoc in cōpromisso, cū idē sit iudiciū de dependentibus & connexis.a ff. de eden. l. si qs ex argentariis. §. rōnē. in fi. de iur. om. iu. l. 2. & qđ ibi no. in gl. de separa. l. j. §. p̄terea. de admi. tu. ita aūt. §. si tutor. de cōsti. c. trāslato. & qđ no. in 3. q. 6. c. hoc quippe. Itē qa laudare & laudata corrigere cēsetur unū negotium rōne unius & eiusdē finis, ad quē tendunt, s. ad terminandū negotiū & lites inter partes; laudando ergo primi duo p̄fatū negotiū incœperunt, igitur & ipsi habebāt & hīt ipsum finire. s. corrigendo & emendando si expedit, cū nil cēseat egisse cū aliquid superest ad agendū. C. ad silleni. l. fi. Nō aūt pertinebat ad alios coarbitros, et d. c. cū plures. & ar. ff. de iud. l. vbi cœptam. C. eo nulli. & de qbus rebus ad eundē iudi. eat. p totum. Ex hæc interpretatio iustior est & rōnabilior quā intelligere uerba cōpromissi, ut laudata p duos alij duo corrigere possint; tunc. n. posset seq cōfusio & ꝓcessus in infinitū, qa pp simultates & odia, quod duo laudarent, alij duo cassarent, & ecōuerso; & sic esset res quodāmō in circulo & insanabilis, qđ euitandū est, ut in simili no. ff. q̄ res pig. ob. pos. l. aristo. Credendū est ergo mentē partiū talē fuisse, vcʒ ut duo ex eis in concordia possent laudare, & ipsi idē & non alij laudata corrigere, qa non est p̄sumendū, ꝙ nisi ex iusta & rōnabili cā corrigāt factū suū. de actu. c. qualiter & qñ. non sic p̄sumendū est de alijs, q possent ex rācore uel leuitate ad hoc moueri; iō &c. de reg. iur. in obscuris. Patet igit̄ nō solū ultimā rōnē. s. tactā in puncto ꝓ parte dicti curatoris hæreditatis optimè procedere, sed ēt primā sustētabilis uideri ex eo, qa ultima duo lauda lata post inhibitionē iudicis nō ualuerint pp dictā inhibitionē tali rōne. † Nā sicut ad officiū iudicis ptinet mādare arbitris, ꝙ ferāt laudū. ff. de arbi. l. 3. §. tā & si. & §. ait p̄tor. & qđ ibi no. & §. fi. cū l. seq. ita & ex iusta cā inhibere, & ꝙ nō ferāt, ut idē sit iudiciū de correlatiuis, seu de cōtrariis. ff. de le. 3. l. fi. de vul. sub. & l. si cōtracta. de accept. l. fi. Igit̄ debuerūt dicti coarbitri dictæ inhibitioni parere. de tēp. or. c. ad aures. & qđ ibi no. per Inno. & not. per eundem in c. 2. de in int. rest. circa mediū. & ar. ff. de pe. l. moris. & l. si. nō parēdo, ergo uidetur non ualere quicquid fecerunt in cōtrarium. Pro quo optimè faciunt plures text. dicentes, ꝙ iudex potest alicui inhibere & interdicere alienationem rei suæ, & ꝙ alienatio facta cōtra inhibitionem iudicis non tenet ff. de pol. l. de pollicitationibus. in fin. qui & a quibus. l. prospexit & ibi no. in gl. de priui. credi. l. si creditores. ante fin. de manumis. l. seruus hæc. l. quod ēt tenet Bart. in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. 1. per. l. si sciens. de contrahen. emp. pro quo etiam facit quod no. in c. dilecto. de præben. in tex. & per Inn. qui dicit, ꝙ non solum princeps, sed ēt quilibet iudex ordinarius in his quæ pertinent ad eius iurisdictionē & officium, pōt inhibere, & clausulam annullatoriā apponere, si contingat ꝯ fieri. Ipse tñ Inno. in c. cum in tua. qui matri. accu. pos. dicit ꝙ tunc actus factus ꝯ inhibitionem iudicis est nullus, cum in dicta inhibitione fuit apposita clausula annullatoria, alias secus. per c. pen. de matri. contracto ꝯ interdi. eccle. sed leges. s. allegæ uidentur velle, ꝙ sufficiat sola inhibitio, qđ vr̄ uerius, qa inhibet, eoipso vr̄ uelle, ꝙ si ꝯtrafiat, non ualeat. ar. C. de legi. l. non dubiū. Nec ob. dictū. c. pen. qa ibi in mrīmonio, qđ regulatur magis a iure diuino q̄ humano, vñ nisi subsit cā perpetui impedimenti, non redditur nullū. ¶ Itē nō ob. ꝙ alij duo arbitri tulerunt sequentia duo lauda de mādato alterius collateralis, quia pōt dici, ꝙ illud mandatum non teneāt, tū quia alius inceperat inhibere, igitur, & ad eundem pertinebat inhibitionē reuocare tanquā p̄uenerit. arg. C. de spor. l. j. tum quia forte dictū mandatū fuit surreptitium, quia dictus collateralis ignorauit de inhibitione prima; qa ista tñ cōsistunt in facto sufficit fundamentum sumere ex præcedenti rōne de præoccupatione quæ sufficientissima est, & per eam concludo, ut in prin. dixi.

SVMMARIA.

1 *Statuto prohibente certas personas ab officio communis an prohibeat a notariatu ad banchum iuris.*

2 *Officii tertia species an detur inter ordinaria & extraordinaria.*

CONSILIVM CCXXVI.

IN Christi nomine Amen. ¶ Dico dictū ser Franciscum non incidisse in pœnā dicti statuti, posseq; dictū officiū exercere tali rōne. Nā de iure q liber cēset habilis ad offā, nisi oñdat̄ inhabilis. ff. de ꝓb. l. ab ea pte. † Sed statutū qđ inhabilitat

a Connexis. Adde idē per. d. Bar. Soz. in cō. 180. uersi. secunda regula est. in fine. in. 2. parte.

bilitat registratos & debitores cõis ad officia loquit̃ limitatiuè.s. de offõ cõis,& ita est vna limitatio. Itẽ de officijs ordinarijs & extraordinarijs,& ista est altera limitatio. Si ergo est dare aliqđ officiũ,qđ nõ sit officiũ cõis,aut nõ cõputet̃ in numero officiorum ordinariorũ aut extraordinariorum dicti cõis, statutũ p̃dictũ sibi locũ in eo nõ uendicat. Et sic de iure cõi reputat habilis,nec p aliquod aliud statutũ inhabilitat̃. Sed officiũ notariatus de quo.s. nõ vr̃ q posit dici officiũ cõis eo mõ,quo statutũ loquit̃, qa statutũ debet intelligi de officijs de quibus immediate & principal̃r deseruit̃ cõi.ar.ff.si ager vec. vel emphi. peta.l.j.§.q in ppetuũ. Et qđ
a dicimus de cã,qa cũ de ipsa fit mẽtio , dẽt intelligi de ꝓxima [a] & immediata, nõ aũt de remota & mediata.ff.de condi. ob tur. cãm. l.pe.de excep.rei iu.cũ de hoc.rerũ amo.l.si mulier. & qđ not. de acq.pos.l.3.§.ex pluribus.in gl.no.duas. Sed in isto officio nõ deseruit̃ principal̃r & immediate ipsi cõi,sed officio ptãtis & ĩõ uocant̃ notarij ptãtis,nõ aũt notarij cõis S.Miniati,igit̃ statutũ ad tale officiũ nõ extẽdit̃,cũ sit ꝯ ius cõe,& sic restringendũ. de reg.iu. odia.& sumus in dispõne legali,in qua de cã ꝓpria & immediata verba sunt intelligenda.ff.de uerb.sign. l.lege censoria.licet in cã testamentaria & fauorabili aliud sit.ff.de auro & arg.leg. l.vxori. Itẽ posito q eẽt officiũ cõis,nõ tñ cõputat̃ ĩ numero ordinariorũ vel extraordinariorũ,qd patet,qa ẽm ea q̃ mihi uerbo asserũt , in dicta terra S.Miniati fiunt tres bursæ,in quarũ una imbursant̃ officia ordinaria,in alia officia spiculatorũ q̃ dñr extraordinaria, ĩ altera uerò officia notariatuũ. Ex quo patet, q cõe S.Miniati non cõputat dicta officia notariatuũ inter ordinaria vel extraordinaria officia,sed uult q faciant diuersam & distinctã speciem,sicut ĩ sil̃r uidemus de nominibus debitorũ,qa nõ ꝓpriè põt dici mobilia bona,sed faciunt tertiã speciẽ de p se.ff.de pecul.l.q̃ tuberonis. §.in peculiũ.de re iu.l.a diuo pio.§.in vẽditione.& qđ no. Bar.in l. põt.ff.de admi.tu. Cõstat nanq; q facto dat̃ voluntas intelligi. ff. de legi.l.de quibus.ff.de ędil.edic.l.si tñ.§.ei q . Cum ergo cõe S. Miniati teneat bursam officiorũ notariatus distinctam a bursa officiorum ordinariorum & extraordinariorum,ergo nõ uult inter ea cõputari. Et si ita est,ergo nec dici posset , qa denominatio dẽt fieri ẽm q cõi placet,sicut in si.dicimus, q illæ dñr dignitates vel personatus,q̃ sic cõiter in loco vel ecclesia,in qua sunt, reputant̃, ut no.in c.1.de ꝯsue.lib.6.p archi. Nam nnta ponuntur ad beneplacitũ ad recognoscẽdũ p̃sonas uel res.C.de ingenu. ma.l.ad recognoscendas.& distinctio nominũ significat distinctionẽ in substantia.C.de codicil.l.si idẽ. Cũ ergo cõe S. Miniati spãli noĩe denominet officia notariatus, & distinctè ab alijs officijs ordina.vel extraor.ergo &c. Nõ ergo sibi locũ vẽdicat statutũ p̃dictũ in officio p̃libato,postq̃ qualitates a statuto requisitæ nõ adsũt in eo.ar. ff.q.b.ex cau.in pos.ea.l.fulcinius.§.2. Et si dicat̃,licet dictũ statutũ primo reqrat dictas qualitates,postea tñ in ver.neq; hmõi oẽs p̃dicti &c.gñal̃r loquit̃ dicens p̃dictos de qbus.s.dixerat nõ posse eligi ab alijs qđ officiũ dicti cõis &c.nec repetit ordinariũ vel extraordinariũ. Sed rñdeo, q intelligit̃ repetijsse, qa illud est capitulũ immediatũ nõ separatũ,& talis repetitio nõ est de his q̃ ptinẽt ad facti narrationẽ,sed ad iuris dispõnẽ,nec est ꝯ ius cõe sed potiꝰ ẽm ipsum,igit̃ &c.ff.ad l.aq.l.l.quẽadmodũ.§.fi. de adul.l.mariti. §.quinquennium.& plenè per Bar.in l.prætor.§.eritq; differentia. ff.vi bo.rap. ¶ Concludo igitur vt s.in prin.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditate super diuidenda si fiant duo contractus , & in secundo contractu apponantur aliqua capitula obscura,debent intelligi secundum primum contractum,ne reddantur superflua,nec ad hoc censetur facta nouatio.*

CONSILIVM CCXXVII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Licet multa fuerint scripta p suprascriptos doc.egregios,in paucis tñ vr̃ mihi ꝯsistere substantia eius qđ quæritur.
1 † Stat.n.dubiũ,qa capitulũ secũdi tractatus sup quo orit̃ dubitatio,nõ dicit ꝓ quota portione massaritiæ & alia mobilia dẽant ad unũquẽq; dictorũ fratrũ ptinere, nec dicit q remaneant cõia, ꝓut erãt añ dictũ ꝯctũ seu ꝓ illis partibus , tũc.n.res esset clara. sed dicit q remaneant apud quẽlibet ipsorũ , ꝓut de pñti possidẽt. Nũc ergo si dicti fratres separatim unus ab altero habitasset,& unusq̃sq; ipsorũ res aliquas de p̃dictis apud se & ꝓ suo vsu habuisset,sil̃r res esset clara,qa tunc d. Manuel vltra dic.4000.flo,dẽret hẽre ẽt illas massaritias & res mobiles q̃s apud se tunc t̃pis habuisset ẽt insolidũ , ꝓut apud eũ insolidũ fuissent, siue facerent maiorem partem q̃ esset tertia omniũ massaritiarum & rerum mobiliũ,siue minorẽ,siue tãtã,sic.n.clarè ꝓcederet dcm̃ capitulũ ẽm eius uerba,& oĩa essent plana. Sed qa dicti fratres simul & cõiter habitabant. neuterq; ipsorũ apud se res aliquas de p̃dictis insolidũ possidebat,sed mysticè vnusq̃sq; ipsorũ eis vtebat̃, uertit̃ in dubiũ qd uoluerit illud cap̃lm. Si.n.uoluit, q tertia pars prædictorũ esset Manuelis & duæ partes essent Bonauenturæ ẽm tenorem primi ꝯctus celebrati Bononiæ,ad qd fuerũt apposita illa uerba,q̃ p unũquẽq; ipsorũ fuerunt possessa,& de pñti possidẽtur,potuisset.n.clarius loq & breuius,vñ per dicta uerba uoluisse vñr aliqd aliud significare. Itẽ ibi fit ẽt mentio de massaritijs & rebus nõ diuisis,in quibus vr̃ nõ posse cadere dicta ꝯiectura primi ꝯctus. Itẽ postea egerunt, q ꝓ parte Bonauenturæ nõ intelligat̃ facta nouatio primi contractus,sed ex parte Manuelis sic,& q ꝓ sua parte obseruaret̃ secundus de dictis quatuor milibus . Si ergo dictus Bonauentura petat tertiã partẽ bonorũ p̃dictorũ virtute primi ꝯctus,obstare, vr̃ exceptio nouationis.ut l.si stipulatus.circa fi. ff.de usur. Si aũt virtute secundi nõ vr̃ agere posse pp obscuritatem dicti capituli,& etiam qualitatis ab eo requisitæ. s.possessionis.argu.ff.de rebus dub.si fuerit. iuncta l. fulcinius . §. 2. ff. qui. ex cau. in pos. ea. ¶ Bñ his non obstantibus ꝯrium dico. nam ẽm p̃dicta dictum cap̃lm nil operaret̃,& frustra mẽbranas occuparet qđ nõ est dicendum si aliqs sanus intellectus põt ei dari.ff.ad munici.l.j.in fi.cũ ibi no.& qđ no.de maio.& obe.c.solitæ.in gl.super uerbo tanq̃.& qđ no.in l.1.ff.q.s me.cau.& patet in d. l.si stipulatus.de vsu.ẽt si expediret impropriare verba.ff.de iure int. l.sed & si possessori.§.sed si rerum.& qđ no. C.de usu.l.j.cum magis sensus q̃ uerba &c.C.quæ res pig.ob.pos.l.fi.de arbi.l.ne in arbitris. in fi. Põt ergo intelligi dictũ cap̃lm sanè sic.s.vt de massaritijs & rebus mobilibus nulla intelligatur facta nouatio primi ꝯctus per scdm̃,sed ut prius stabant,ita stent ut ĩ si. dr̃.ff.de serui.urba. p̃di. l.si arborẽ.§.fi.de ꝯtrah.emp.l.cũ in lege . ẽm q præfatus Manuel vltra summam quatuor millium debebit hẽre tertiam partẽ massaritiarum & rerum mobilium,sicut habuisset si secundus ꝯtractus factus non foret. Nec huic intellectui ꝯtrariantur uerba illa , quæ per unumquẽq; ipsorũ fuerunt possessa,& ꝓut possident̃ &c . licèt neuter eorũ p se solũ possideret aliquas de p̃dictis . Nam & si simul possederint,verificant̃ verba prędicta . Verum est.n.dcere vnumquẽq; ipsorũ possedisse ꝓ partibus,quas hẽbant uirtute primi ꝯtractus.s.Manuel ꝓ tertia & Bonauentura ꝓ duabus alijs tertijs , igit̃ ex quo uerba nõ repugnant & mens congruit,debemus hoc amplecti.ff.de leg.1.l.ab oĩbus.in prin. Item non ob. q ibi fit mentio de bonis non diuisis , qa põt intelligi.i.de acquisitis post primum ꝯtractum,q̃ nõ videbãtur cadere sub eo, tñ re uera cadebant,quia primus ꝯctus ꝓpriè nõ fuit diuisio , sed fuit declaratio portionum.s.quotam quilq; ipsorum haberet in dicta societate oĩum bonorum,& sic extendebatur ad pñtia & futura. Nec est ista extranea locutio,ut in si.hr̃.C.de peti.hære.l.fi. §.si autem libertates.in gl.super verbo euanescant. Item nõ obst. q vr̃ facta nouatio quo ad dictum Manuelem de primo ꝯtractu , quia dicam hoc uerum,præterquam quo ad massaritias & bona mobilia propter dictum capitulum. Item q omnes & singulæ massaritiæ &c. quod patet,quia pluries in eodem instrumento repetitur, q dictus Manuel habeat dicta quatuor millia, & etiam alia in dicto instrumẽto contenta . unde posito q dictam tertiam partem massaritiarũ non posset petere dictus Manuel ex primo ꝯtractu tanquam nouato per secundum,nec ex eo posset agere,tñ põt agere ex secundo ad id qđ deuenerat in primo ꝯfirmato in hoc p secundum. ar. ff.de iniusto testa.l.posthumus.§.si paganus.ad trebel.l.si qs priore.& in toto ti.de noua. Bonauentura verò potest agere ex utroq; ꝯtractu postquam quo ad eum non fuit facta nouatio. C.de noua. l.fi.& ar.de act. & ob. l.quot. Et ex utroq; põt agi tam act. ꝓ soc. q̃ ex stipu.interueniente in dictis ꝯtractibus hincinde. ff. ꝓ soc. l. duo societatem.& qđ not. Bart.in l.singularia.ff.si cer.petat.circa medium. ¶ Cõcludo ergo dictum Manuelem debere habere vltra dicta quatuor milia,etiam tertiam partem massaritiarum & rerum mobilium,sicut erat habiturus ex primo contractu, si secundus non fuisset celebratus .

[a] ¶ De ꝓxima. Adde Cor in ꝯsi. 266. incip. circa n. 16. in 4. parte.

SVMMARIA.

1 *Hæreditatis aditæ renunciatio sine traditione an habeat uim donationis, & abdicetur renunciante.*
2 *Res si uendatur a non domino uni, & a uero domino alteri , & dicatur primam uenditionem fuisse ratificatam per dominum ante secundam uenditionem, cui incumbat onus probandi,actori,an reo.*
3 *Qualitatem facti allegans debet eam probare.*

CONSILIVM CCXXVIII.

¶ Secundò ponit aliã formã in uer. & sufficiat. s. q̃ fiat p nũciũ & p p̃conẽ, & ista ẽ spãlis quo ad habitantes in ciuitate. uult n. statutũ requirere, q̃ utraq; ps habitet in ciuitate ad hoc, ut ista forma sufficiat, dum dicit inter habitantes in ciuitate, vñ si latũ esset p cõ. ciuitatẽ nõ habitante in ciuitate, l3 ꝫ habitãtẽ, talis forma nõ sufficeret, & sic ecõuerso, uerba n. statuti deseruiẽda sũt. l. 1. §. si is q̃ nauẽ. ff. de exerc. & cũ statutũ req̃rat plura. s. utrãq; ptẽ habitare, non sufficit alterã tm̃ habitare. l. 1. §. pterea. de tu. & ra. di. l. fi. de trãs. & cũ hi. §. si p̃tor. Sed in casu nr̃o d. Barthol. nõ habitabat in ciuitate tpe lati laudi, sed in comitatu, igr̃ l3 d. forma fuerit seruata, nõ suf ficit. dr̃. n. q̃ facta fuit p̃conẽ & in ciuitate, & p nunciũ in comitatu ad domũ suæ habitationis, qđ fieri nõ debuit in casu isto, q̃ nõ cõprehẽdit̃ a statuto. ¶ Tertia forma est, ut fiat p solũ nũciũ cũ cedula, ut in uer. in laudis uero &c. Et ista est ẽt spãlis, qñ fert̃ laudum ꝫ aliquẽ ds de comitatu nõ habitãtes in ciuitate. Et sic tria vr̃ requiri ad hoc, ut ista forma sufficiat, s. q̃ ille, ꝫ quẽ latũ est laudũ, sit de comitatu, qđ est intelligendũ. s. natiuitate. sic. n. significat illa dictio, de. 2. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. 1. & ibi p Bar. & p eũdẽ in l. puinciales. in fi. ff. de uer. sig. & ff. ad muni. l. 1. ante finẽ. extra de spon. c. 1. Scđo reqr̃it, q̃ nõ habitet in ciuitate. Tertiò, q̃ habitet in comitatu, ut colli̇̃r ex. uer. seq. & si lauda &c. cũ. n. ibi puideat̃, qñ fert̃ ꝫ ñ habitãtẽ in ciuitate uel comitatu, dat intelligere q̃ in p̃cedentibus uoluit puidere qñ ferit̃ ꝫ habitãtes in ciuitate, ut i uer. & sufficiat. uel in comitatu, ut i uer. in laudis uerò. l3 ibi hoc nõ exprimat̃, q̃a unũ capl̃m legis. l statuti p aliud declarat̃. ff. de peti. hær. l. utrũ. At in casu nr̃o, l3 adsint illa duo req̃sita. s. q̃ d. Gualterius nõ habitabat tpe lati laudi in ciuitate, & q̃ habitabat in comitatu, ut s̃ plus ponit. Deficit tñ primũ req̃sitũ, q̃a nõ est de comitatu. i. inde oriũdus: igr̃ ista forma nõ potuit quo ad eũ obseruari. ar. d. l. cũ hi. §. p̃tor. ff. de trans. Cũ igr̃ in casu nr̃o deficiãt formę spãles, necesse fuit recurrere ad formã gñalẽ, de qua primo loco tetigi. s. q̃ fieret notificatio p publicũ instrm̃, illa. n. potuit obseruari, sed seruata ñ fuit. Aliæ uerò l3 seruatæ fuerint, tñ seruari nõ poterãt, & sic ut d. notificatio nulla, & p ɔ̃ñs laudũ effectũ nõ hẽt. ¶ His nõ obstantibus ꝯtrariũ puto dicendũ, cuius rei grã ɔsiderãdũ est, q̃ intẽtio d. statuti, q̃ magis attẽdẽda est, q̃ uerba, qñ de ipsa quoquomõ p̃t ɔstare. arg. C. de fideic. l. cũ uirũ. & qđ ibi no. p gl. & Iac. But. & Bal. C. q̃ res pigno. oblig. pos. l. fi. de arbi. ne in arb. in fi. facit de iure do. l. pmittẽdo. & qđ no. in l. nõ dubiũ. C. de legi. p gl. & Iac. in uer. tertiũ dubiũ &c. uoluit puidere in alijs casibus, s. qñ laudũ fert̃ ꝫ habitatores in ciuitate. Itẽ cũ ꝫ habitãtes in comitatu, & nõ in ciuitate. Itẽ cum ꝫ habitãtes extra ciuitatẽ & comitatũ, ut ꝫ forenses. Itẽ cũ ꝫ hẽditatẽ iacentẽ, q̃ nec in ciuitate, nec in comitatu, nec ẽt extra ciuitatem & comitatũ dr̃ habitare, cũ sit psona ficta, in qua nõ cadit habitatio, q̃ facti est, sicut nec possessio. l. 1. §. scæuola. ff. si q̃s testa. liber. esse iussus. Hæc patẽt ex discursu textus d. statuti. s. ex uersi. & sufficiat. & uer. in laudis uerò. & ex uer. & si lauda. Itẽ ex uer. & si hẽditati iacẽti. Rõ náq; diuersitatis formarũ introductarũ p d. statutũ in habitatione ɔsistit; q̃a qñ habitat in ciuitate illa ꝫ quẽ latũ est laudũ, rõ suadet ut duo interuenire debeãt. s. p̃co & nũcius cum cedula; quia utriusq; de facili p̃t haberi copia. Si uerò in ciuitate nõ habitat, sed in comitatu, suadet rõ q̃ solus nuncius sufficiat, q̃a nõ sic de facili p̃t ẽt p̃conis haberi copia, uel sine magno sumptu. arg. C. de testa. l. fi. Si & si nec in ciuitate uel comitatu habitationẽ hẽt, suadet ut fiat in locis publicis, sicut cõsueuerunt fieri citationes, ut in uersi. & si lauda. Et qñ ꝫ hẽditatẽ iacentẽ, q̃ fiat in domo habitationis defuncti. facit. ff. de dam. infec. l. 3. §. p̃tor. & §. sottens. Nulla. n. rõ posset alia assignari d. diuersitatis formarũ, q̃ diuersitas habitationis, dũtaxat illius ꝫ quẽ latũ est, igr̃ hr̃ p expressa. no. C. de fideic. l. quãuis in gl. & p Bal. & p eundẽ in l. maximũ uitiũ. de libe. p̃te. Ex hoc infero, q̃ licẽt in uer. & sufficiat &c. dicat tex. statuti, qñ laudũ est latũ inter habitãtes in ciuitate. & sic innuat q̃ req̃rat̃, ut utraq; pars habitet in ciuitate, tã illa ɔtra quã latũ est, q̃ illa p qua. tñ hoc ultimũ nõ est attẽdendũ, q̃a in hoc nulla rõ statuti p̃t fundari, nec aliqđ p̃t hæc habitatio illius, p quo latũ est, inferre ad formã illã, sed solum est attendendũ primũ. s. si latũ est ɔtra habitãtẽ in ciuitate, qđ colli̇̃r apte in uer. se. s. in laudis uero &c. ubi puidet, qñ latũ est cõtra habitantes in comitatu. nõ. n. in illo uer. põderat, an ille, p quo latum est, habitet in comitatu, sed solũ an ille, cõtra quẽ, ibi habitet. Igit̃ eodẽ mõ credẽdũ est, q̃ nec in p̃cedẽti uer. & sufficiat &c. uoluerit hoc põderare. Sil̃r colligi̇ in uer. & si lauda &c. ubi nõ põderat psonã illius, p quo latũ est, sed illius ɔtra quẽ latũ est. Ex q̃bus infero, qñ latũ est ɔtra habitantẽ in ciuitate, ẽt p nõ habitãte locũ sibi uendicat ille uersi. & sufficiat &c. & forma ibi tradita, l3 illud uerbũ, inter habitãtes, prima facie sonet in ɔtrariũ. Sed certè unũ capitulũ legis uel statuti, ut s̃. dixi, p aliud declarat̃. l. uerum. ff. de peti. hær. Sil̃r dico ex p̃dictis, q̃ in uer. in laudis uero &c. l3 tex. dicat cõtra aliquos de comitatu uel districtu &c. tñ hoc nõ est põderãdũ, s. q̃ sit oriundus de comitatu uel districtu, sed solũ qđ ibi habitet, sicut nec in uer. p̃cedẽti & sufficiat &c. põderat̃, qđ sit i ciuitate oriũdus, sed solũ q̃ ibi habitet. Et sil̃r colligit̃ ex uer. se. & si lauda &c. ibi dũ dicit, nõ hñtibus domũ uel habitationẽ in ciuitate comitatu uel districtu &c. quasi d. si forensis natiuitate, ɔtra quẽ latũ est, hẽret habitationẽ in ciuitate, comitatu, uel districtu, locũ sibi uendicent formæ p̃cedentes. Alia forma, q̃ seq̃t̃, ita colligitur manifestè ex d. uer. si q̃s nolit uerba captare & cauillare; sed potius sm̃ mentẽ & rõnẽ intelligere, qđ est fiendũ. ff. de exhi. l. pen. Si igr̃ forensis natiuitate, ɔtra quẽ latũ est, habitaret in comitatu, locũ sibi uẽdicaret forma tradita in uer. in laudis uero. Qui sufficeret notificatio facta per nũciũ, vt colligit̃ ex d. ver. & si lauda a ɔtrario sensu, q̃ est validus. l. 1. §. q̃ mãdatũ. de of. eius cui mãda. est iuris. ergo & eodẽ mõ, si ciuis, ɔtra quẽ latũ est, nõ habitet in ciuitate, sed in comitatu, dẽt illa a forma sufficere, q̃a eadẽ est rõ, l3 pprię loquẽdo nõ posset dici de comitatu rõne solius habitationis, p ut verba statuti vr̃ prima facie req̃rere. Fuit ergo potius vitiũ dictantis d. statutũ, & lubricitas linguæ in apponendo illud verbũ, de comitatu vel districtu, q̃ intẽtionis, vñ nõ dẽt attẽdi. ar. C. de test. l. errore. ad legẽ iul. maie. l. famosi. §. 1. Solũ. n. voluit põderare, an habitet in comitatu, vel non. Patet ẽt de d. errore; q̃a nec ẽt in d. ver. in laudis vero. fit mentio q̃ ille, cõtra quẽ ẽ latũ, habitet in comitatu; sed solũ dr̃ cõtra aliquos de comitatu vel districtu nõ habitãtes in ciuitate &c. & posset esse de comitatu vel districtu origine, & nõ habitare in ciuitate nec in comitatu, quo casu nõ hẽt locũ forma tradita in illo ver. in laudis &c. sed potius tradita in vut. & si lauda. sicut qñ contra forenses, vt colligit̃ ex illo ver. vbi põderauit, an in ciuitate vel comitatu habitaret &c. p qđ dat intelligere, q̃ idẽ voluit in versi. in laudis vero. ¶ Et hr̃ si singula verba d. statuti essent pponderanda, quãplures casus remanerent indecisi, & improuisi a d. statuto. s. qñ esset latũ cõtra habitantẽ in ciuitate p nõ habitante. Itẽ qñ contra ciuẽ vel forensem origine habitantẽ in comitatu, & nõ in ciuitate, vt patet ad sensum; & ẽt alij possent colligi, & sic sequeret̃ imperfectio legis, qđ in dubio nõ est dicendũ, si alius sanior intell's dari p̃t. arg. c. erit ãt. 4. dist. Sed si teneremus intellectum, quem s̃. dixi. s. q̃ ponderare voluerit solum habitationẽ illius, contra quẽ latũ est. s. an sit in ciuitate, vel comitatu, vel extra, vel in nullo loco, tunc statutum erit pfectũ, & in quolibet casu puidet q̃ cõtingere p̃t. Et ista interpretatio benignior est, iõ amplectẽda. ar. ff. de le. l. benignius. Ex quo sequitur, q̃ in casu isto, l3 d. Bartholomæus sit ciuis Florẽtinus natione, & nõ de comitatu, ex quo tñ habitabat in comitatu tpe lati laudi vel factæ notificationis, potuit sibi notificari sm̃ formã d. versi. i laudis vero &c. s. p solũ nunciũ cum dimissione cedulæ, sicut factũ fuit. Seq̃t̃ ẽt, q̃ notificatio facta Florentiæ in vicinia p p̃conem fuit superuacua; q̃a illa req̃rit̃ solũ cum habitet in ciuitate, tñ non hẽt vitiare, q̃a ad habundantem cautelam facta fuit. C. de testa. l. testm̃. & l. ea q̃ dubitationis. de reg. iur. Plus dico, q̃ habitans in comitatu, licet inde nõ sit oriundus, p̃t dici de comitatu. tex. est in l. puinciales. ff. de ver sig. & ibi expsse p Bar. q̃ dicit, q̃ perusinus dici p̃t, non solum qui natus est perusij, licẽt ibi non habitet; sed ẽt qui ibi habitat, licet inde non sit oriundus, eodem mõ p̃ot dici de perusio; q̃a perusinus, & de perusio idẽ sunt; vt no. in l. sed reprobari. §. amplius. de excu. tu. Nec ob. qđ idẽ Bar. no. in fi. d. l. prouinciales, quia vult dicere, q̃ de perusio dr̃ ille, q̃ est inde oriundus, licet ibi non habitet. non ãt vult dicere, q̃ si habitet, & inde nõ est oriundus, nõ dicatur de perusio, imo dr̃ sicut ẽt dr̃ perusinus, vt ipse idem ibi dicit; alias sibijpsi contradiceret, si bene inspiciatur. Et sic ex duplici capite sustinetur dicta notificatio, tum q̃a dr̃ de comitatu ex quo ibi habitabat, & sic sufficiebat q̃ p nũcium vt in illo ver. in laudis vero. tum quia, etsi non diceretur proprie de comitatu, non est curãdum, postquam ibi habitabat, quia statutum & eius ratio solum in habitatione fundatur, & non in origine, vt s̃. dixi. Potest ẽt substineri ex alio capite, s. quia procurator d. Bartholomæi appellauit eum de populo S. Ambrosij de Florentia, & ipse Bartholomæus ratificauit compromissum in ea forma in qua factum fuerat; vnde iuste potuit credere dictus Gualterius, q̃ esset de illo populo. ar. l. j. §. si omnes. ver. cæterum. ibi. vel ipsa enim illæserat &c. de vent. inspi. † Ex quo ergo fecit quod potuit. s. faciendo eum perquiri in di

¶ D. Pro quia dictione uel cor. in cõs. 53 inci. p tertiõne. n. 3 & 4. s 1. par. & in cons. 48 inci de pluribus nu. 16. & 17. s 2. par. & in ɔs. 26. inci. in hac. nu. 4. & 7. & in cõs. 400. inci. ar dus nu. 3. la 2. & 3. par. & in cõs. 10. nu. 14. in 4. par. & Bald. in ɔs 201. s 5. par.

ctu populo, & quia non reperijt eius habitationem fecit fieri præconiũ in vicina, vr̃ sibi sufficere, ar. l. si iõ. & qđ ibi no. in gl. C. de his qbus vt indig. ẽt si in eo comitatu nõ fecisset fieri aliã notificarionem; qa nõ tenebaĩ eum ꝑquirere nisi in populo, vñ se asseruit. Nã non potest d. Bartholomæna imputare d. Gualterio credulitatem uel errorem, cuius ipse & suis procu. fuit causa. l. quæsitum. qñ ac. eu. de pecu. est an. & no. Bar. in l. error. ff. de confes.

S V M M A R I A.

1 *Dos a patre profecta debet soluto matrimonio eidem restitui, etiam mortua filia relictis liberis in matrimonio, & quid de consuetudine quæ uidetur in ꝯtrium.*

2 *Consuetudo contra ius commune quæ est in locis uicinis an extendatur ad alium locum.*

CONSILIVM CCCXI.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † In instr̃o dotali non reperio, ꝙ pr̃ mulieris fuerit a marito stipulatus sibi reddi dotẽ soluto matrimonio; tunc. n. sine dubio posset repetere qđ soluit, & residuũ non tenereĩ soluere, vt no. in l. dos a patre. C. so. ma. p Cy. & Ia. Bu. Dicet aliquis, imo fuit stipulatus; qa maritus in casu restitutionis dotis dedit aliquos q fideiusserũt, & sic præsumendũ est, ꝙ p stipulationem ꝓmiserit, vt Insti. de fideiussoribus. §. fi. & ff. de fideiusso. tuto. l. cũ ostendendum. §. fi. Rñdeo, verũ est ꝙ p̃sumitur stipulatus a fideiussoribus, sed non a marito, qa non colligitur ex instr̃o vbi stipl̃o facta cũ fideiussoribus non nouauit nec mutauit obl̃onẽ mariti, imo sibi accessit in casu restõnis dotis. Videndũ est ergo, an dos sit in casu restõnis, vt sic sciant an fideiussores teneantor. Et qdem de iure certum est, ꝙ sic *s̃m cõem opinionem, quia dos fuit ꝓfectitia, vt not. in d. l. dos a patre. & p Bar. in l. post dotẽ. so. ma. de consuetudine vero, postq̃ filia decessit relictis liberis, debet remanere penes maritũ pp liberos, vt not. in dictis iuribus, sic non tenetur restituere qđ percepit, imo qđ nondum solutum est, petere põt a patre mulieris, licet matrimonium sit solutum. ad hoc ff. so. ma. l. si socer. §. Inec. ¶ 2 † Prædicta vera sunt si in dote mariti ẽ talis consuetudo, secus si esset consuetudo ꝯtria; si vero non cõstaret de aliqua consuetudine vr̃ ꝙ debeat attendi consuetudo uicinorum locorum. extra de censi. c. sopite. de consue. c. cum olim. de elec. c. cum ecclesia. Sed verius puto, ꝙ cum talis consuetudo. s. ꝙ remaneat penes maritum pp liberos, sit ꝯ ius cõe, & onerosa patri, licet esset in aliis locis uicinis, non extenderetur ad istud, in quo non probatur fuisse. ar. de deci. c. tua. & c. cum contingat. de capel. mona. c. 2. de præscriptio. c. auditis. 12. di. c. omnia. 11. di. c. catholica. & ple. per Inn. de offi. archid. c. dilecto. in glo. quæ incipit, no. ꝙ ubi. & sic remanendum est in dispositione iuris communis, s. vt veniat restituenda patri mulieris.

a ¶ Valet. facit qđ hr̃ p d. Cor. in cõs. 253 incι. q̃tum. n. 5. in 3. p. ꝙ pactũ appositũ in ꝯtractu intelligit̃ s̃m naturã cõtractus.

¶ Casus sequentis consilij.

¶ Cum epĩ Taruisini inuestierunt ab annis centum & plus aliquos nobiles successiuè de feudo nobili existente in paduana diœceti, uidelicet ad feudum & iura feudi sine fidelitate, & homagio, & aliquo seruitio, pp qđ semel in anno debeant esse in termino vasallorum in ciuitate Paduæ si fuerint requisiti, & tã si essent, q̃ si non essent, vel aliquã culpã cõmitterent, vel ꝙ huius feudi inuestitura nõ fuerit postulata per se vel alios suos hr̃des vel successores, non ob hoc istud feudum amittatur, nec ob hoc sibi aliqđ præiudicium generet, sed hæc inuestitura in ꝑpetuũ duret & valeat; ita ꝙ p̃dicti. s. inuestiti & hr̃des sui tã masculi q̃ fœminæ, & cæteri sui hr̃des, q in bonis succederent, hoc feudum debeant hr̃e, possidere, vendere, & alienare, & pro aĩa iudicare, & oẽm suam voluntatem facere ex eo feudo, de toto, vel parte, sine d. epĩ successorumq; suorum ꝯdictione, & aliis pactis antiquis, imo antiquissimis, q̃ i suis antiquissimis iuribus plenius ꝯtinent̃. Et ita ꝯstat per plures inuestituras. ¶ Vltimatè qdã Titius de agnatione successor bis seu ter inuestitutus, & in ultima inuestitura p ꝓcuratorẽ acceptata, ut s̃. Sed in fine adiecta sunt ista uerba, Saluo & reseruato oĩ iure d. D. epõ & successoribus epatus, cum in aliis inuestituris non essent ista uerba, nec procurator esset in anno constitutus. in anno 1390. dominus Paduæ ꝯfiscauit omnia bona sua, & ab epõ fuit inuestitus pure, sed in fine illius inuestituræ per epm adiecta sunt ista uerba, ꝙ nulli fiat p̃iudiciũ, & saluo iure oĩum ꝑsonarũ, & de d. feudo fuit inuestitus frater dñi, qui erat spurius, qui decessit sine filiis masculis, sed filia sine inuestitura per 20. annos possedit, & ultimatè alius est inuestitus. filij d. Titij puberes tp̃e exilij, qui per annos 16. absentes reuersi per mutationem status, unus annorum 20. & nepos Titij annorum 2. tempore reuersionis tacuerunt per annos xxiij. modo facti scientes huius feudi petunt inuestiri debere. ¶ Quæritur primò, an dictę inuestituræ antiquæ cum illis conditionibus teneãt, & si reseruatio facta in ultima inuestitura præiudicet pactis appositis. ¶ Secundò, an confiscatio facta præiudicet filio ac etiam nepoti ut transeat ad fiscum uel reuertatur ad episcopum, & sic stipulatum ius hæredibus & descendentibus. ¶ Tertiò, an reseruatio q̃ fecit episcopus in inuestitura domini reseruet ius ipsis liberis. ¶ Quartò, an lapsus trigintanouem annorum præiudicet iuri istorum liberorum, cum nunquam fuerunt citati, & an possint recuperare feudum.

S V M M A R I A.

1 *Inuestitura, in qua dominus, non reseruat sibi ea quæ uasalli solent domino præstare, an ualeat.*

2 *Inuestitura in feudo si apponatur aliqua clausula, quæ immutet naturam primæ, an ualeat, & an procurator in hoc præiudicet domino feudatario, & an dominus directus eo inuito possit mutari dicti fendi naturam.*

3 *Delictum patris, an & quando noceat filio in perdendo feudo.*

Feudum an filius retinere possit, si non sit hæres patris.

Delictum an committatur in dominum feudi, an uero in dominum iurisditionis & contra fiscum, notabilem habes differentiam.

4 *Protestatio domini inuestien. te alium, conseruat ius descendentibus eius qui priuatur feudo propter confiscationem.*

5 *Feudum an amissum sit per præscriptionem longissimi temporis, si agatur, deducuntur ætates pupillares, & deinde inspicitur an fuerint in iusta ignorantia non petendi.*

CONSILIVM CCCXII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Circa id, quod primò quæritur in ipso quæsito uel articulo. s. † an inuestituræ antiquæ factæ cum illis conditionibus, quę vr̃ repugnare naturæ feudi, ualeant. Br̃ & sine argumentis decisiuè procedendo dicendum est, ꝙ sic, & dicetur feudum non habens propriam naturam, ut in usi. fe. de feudo non ha. propriam naturam. c. j. & in ti. per quos fiat inuest. c. fi. sic in si. hẽmus depositum non hñtem ꝓpriam naturam depositi, vꝫ cum non uenit restituendũ illud idẽ corpus pecuniæ, qđ fuit traditũ, sed tñdẽ in gñe. ff. depositi. l. lucius. la. 1. Nam & pacta 2 facta ꝯ naturã seu ꝯ naturalia ꝯtus ualent. ff. de pac. l. pacisci. & qđ no. in l. pacta conuenta. de ꝯtrahen. emp. sed ꝯ substantialia ꝯtus nõ ualent. l. cum precario. ff. de preca. uel faciunt ipm transire in aliã spẽm ꝯtus, cui ꝯueniat pactũ. ff. de do. cau. mor. l. ubi ita donatur. ꝯ substantialia esset in casu nr̃o, si fuisset actũ ꝙ feudatarius nullo mõ recognosceret eccl̃am in dñam uel superiorem, & tunc foret potius ꝯcessio in allodiũ, q̃ in feudũ & transisset oẽ dñium. ¶ Sed in casu nr̃o non sic fuit actũ, lꝫ actũ fuerit ꝙ non teneretur ad fidelitatẽ seu fidelitatis iur̃m, nec ad aliqua seruitia p̃terq̃ ꝙ semel in anno in termino uasallorũ dr̃et esse Paduæ, & sic pꝫ ꝙ ecclesia retinuit sibi superioritatẽ, & p ꝯñs directũ dñium, & utile transtulit. iuxta ea q̃ plenè no. p gl. magnã. in c. 1. de capi. cor. Sed pactũ ꝙ nõ teneaĩ ad homagiũ, & ꝙ non pdaĩ feudũ pp inuestiturã nõ petitã, & ꝙ possit alienare nõ requisita eccl̃a, nõ dr̃ ꝯ substantiã feudi. qđ patet, qa ista pñt remitti ex post facto, & tñ remanet feudũ. facit in si. l. si ꝯuenerit. ff. de pac. iu ul. char. Nã si p p inuestiturã nõ petitã in annũ & diẽ uel pp alienõnẽ factã irrequisito dño feudũ esset ꝑditũ & reuersum ad dñm, posset dñs remittere hanc iniuriã, & pœnã, & remaneret feudũ ex ueteri ꝯcessione, ac si nunq̃ fuisset perditũ. ff. de pecul. l. peculiũ. §. si ære. & ibi no. p gl. igr̃ & a prin. potuit hoc pactũ apponi ad impediendũ q. non perdatur. ar. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. licet in ꝯtrium faciat. l. conuenire. ff. de pac. dot. & l. si unus. §. illud nulla. ff. de pac. quasi per hoc pactum inducaĩ ad delinquendũ. Sed certè non est verũ, quia actus de se nõ sunt de gñe ꝓhibitorũ, nisi qñ deficit uoluntas dñi; sed in casu nr̃o adest, igr̃ non delinquit non petendo inuestiturã uel alienãdo sine requisitione. ar. in l. inter oẽs. §. rectè. ff. de fur. Valuerũt ergo d. inuestituræ, & põt dici d. feudũ fore & fuisse seu dici posse francũ & liberũ pp d. pactũ, ita determinat expressè Io. An. in add. Spe. ti. de præsc. ubi plenè tangit & examinat hunc art. & determinat ꝙ non obstante quocunq; pacto gñali dante libertatẽ remanet feudatarius obligatus ad ea, q̃ ꝯtinent in forma fidelitatis. in ti. de no. for. fid. & 22. q. de forma. ꝓ quo facit optimè. l. fi. C. de ope. li. vbi q̃tũcunq; p̃ronus liberet libertũ a iure p̃ronatus, nihilominus remanet libertus subditus quo ad qdã, q̃ ꝯcernunt fidem & reuerentiam; & talia sunt illa quæ cõtinentur in forma fidelitatis. facit etiam l. quæ sub conditione. ff. de cond. inst. cum ibi no. ubi habeĩ, ꝙ licèt remittatur conditio iurisiurandi, non tñ remittitur illud, quod uirtute iuramenti erat explicandum, ut ibi habeĩ in §. si quis

sub

sub iurisiurādi. Et p̄dicta ꝓcedunt, p̄suppoſito ꝙ iſtud ſit ſeudum antiquū, quo caſu ſolus dn̄s ep̄s potuit ſub eiſdem pactis alienare. Sed ſi nō fuiſſet antiquū, nō potuiſſet ſolus ep̄s in feudū cōcedere, q̄a eſſet alienatio, ſed neceſſe fuiſſet interuenire cōſenſum capl̄i, & alia, de q̄bus in c. 1. de rebus eccle. non alie. li. 6. & in c. ſine except. 1 e. q. 2. p̄ſumit̄ aūt interueniſſe ſolēnitas, de qua in dictis iurib⁹, i pō quo fuit facta prima inueſtitura, q̄a tunc fuit facta alienatio, ſed in inueſtituris factis poſt non fuit neceſſaria, ſed ſolus ep̄s potuit eas facere. c. fi. de feu. q̄a fuerūt executionis alienatio ſemel factæ ſolēniter. iuxta no. p Inn. in c. q̄a runctis. de conce. p̄ben. li. 6. poſt principiū. ibi. niſi primo colla. feciſſet &c. ¶ †Circa ſc̄m, de quo q̄ritur in primo articulo. ſ. ſi reſeruatio facta in vltima inueſtitura p̄iudicat pactis appoſitis in primis. R̄ndeo, ꝙ ſi illa pacta fuerunt repetita in vltima inueſtitura explicitè vel implicitè, puta faciendo eā ſm̄ tenorē primarū, clarum eſt ꝙ per p̄dicta verba nō cenſetur receſſum a dictis pactis, q̄a reſultaret ꝯrietas, qđ non ē dicēdū. iuxta no. p Bar. in l. fi. §. idem q̄ſij. ff. de condi. inde. & p Cy. in l. cū falſa. in fi. C. de iuris & fac. igno dēt ergo dicta reſeruatio intelligi. ſ. de oī iure qđ h̄ret ep̄s ſtantibus dictis pactis, prout ſunt illa de q̄bus h̄r in d. c. deferā. & in c. primo de noua. for. fideli. iunctis his q̄ notā. per Io. An. in dicto tit. de p̄ſcrip. in addi. Spe. ne reſultet ꝯrietas. iuxta no. p Bar. in d. §. idem q̄ſij. & qđ no. Cy. in l. in exercendis. C. de fide inſtr. in 5. q. & Bart. in extraua. ad reprimē. ſup uerbo non obſtantibus. Si verò in dicta vltima inueſtitura non fuerūt repetita dicta pacta explicitè vel implicitè, & tunc quātū fuit in dn̄o ep̄o v̄r p dicta uerba uoluiſſe reddere a dictis pactis, & voluiſſe dictam inueſtiturā facere ſm̄ rectam naturā feudi, dū reſeruauit ſibi & ſucceſſoribus ſuis oē ius, q̄ ſ v̄r intelligendū. ſ. qđ cōſueuit h̄re dn̄s in vaſallū ſm̄ rectā naturā feudi, q̄a qui oē dicit, nihil excludit. l. in l. ff. de le. 3. tn̄ ſi ille procura. qui recepit dictā inueſtiturā. non hēbat ad hoc ſpāle mandatū. ſ. ꝙ poſſet eo mō innouare naturā feudi & dictæ inueſtituræ antiquæ, non potuit fieri i p̄iudiciū dn̄o, eius, nec auferri pacta cōſueta apponi in alijs inueſtituris. p l. nō abſtulit. C. de noua. ff. eo. l. ſtichū. §. fi. in q̄bus. ē caſus. facit. l. fi. & q̄ ſ ibi p Bar. no. in princ. ff. q̄ in fran. cre. ¶ Cōſtat aūt, ꝙ ipſe dn̄s ep̄s ſolus & ſine volūtate vaſalli nō potuit in p̄iudiciū vaſalli tollere dicta pacta, & īmutare qualitatē & naturā dicti feudi, q̄ habuit & acquiſiuit ex primis inueſtituris. argu. o p. ff. de ſolu. l. alti d. & l. fi. C. de do. q̄ ſub mō. l. pfecta & in c. 1. in prin. de alie. feudi pat r. ¶ †Circa ſc̄m principale quæſitū. An dicta cōfiſcatio p̄iudicet filijs & deſcendētibus ex dicto feudatario. V̄r ꝙ ſic; lꝫ .n. dictū delictū ď directo nō fuerit cōmiſſum ꝯ dn̄m feudi,[a] vt ſic fecerit feudū ad ipſum reuerti. iuxta. c. 1. §. deniq;. q̄ ſu. prima cā bñ. amit. nec ēt fecerit ipſum tranſire in fiſcum, q̄a fiſcus h̄r loco extranei hæredis, in quē nō tranſit feudū, vt pꝫ in ti. de alie. feudi. §. & ſi clientulus. & p ea q̄ no. per gl. in l. ex facto. §. fi. ad trebel. iuncto eo qđ no. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. facit tn̄ præfatum delictum vt feudum deuoluatur ad agnatos excluſis filij. vt in ti. ſi vaſ. feudo priue. cui deſer. c. 1. & in c. ſi vaſallus culpam. ti de feudo fue. controuer. & not. Bar. in d. §. ſi de vectigalibus. & deficiētibus agnatis v̄r deuolui ad dn̄m potius q̄ ad deſcendentes, q̄bus v̄r debere nocere delictū parentis vt dictis iuribus, & ſic ſunt deterioris ꝯdōnis filij q̄ agnati. l. q̄ſq̄s. C. ad le. iul. ma. nimirū, q̄a cenſet̄ eſſe pars corpis eius & eadē pſona cū eo. l. fi. C. de īpu. & alijs ſubſti. de agri. & cē. cū ſcimus. & p̄ſumptio eſt ꝯ eos, ꝙ dēant eē ſiles patri. ff. ď ali. & ci. le. l. cū vnus. in prin. & qđ ibi no. in gl. & iſta potuit eē rō dicti. c. 1. ſi vaſ. feudo priue. & d. c. ſi vaſallus. ti de feudo fue. cōtroue. ¶ B̄r p̄dicta viderētur ꝓcedere, qñ q̄a ſimpl̄r recepiſſet feudū nō dicēdo ꝓ ſe & liberis vel deſcēdētibus eius, quo ēt caſu venirēt liberi, poſito ꝙ ď eis non fuerit fctā expſſa mētio. vt in c. 1. §. cū vero corradus. q̄ feu. da. poſ. tūc q̄a q̄libet ea liberis cēſet̄ h̄re a p̄re ſuo potius q̄ ab auo, delictū pr̄is nocet filijs directò deſcēdētibus ex eo. ¶ Sed qñ prima inueſtitura fuit facta expreſſe ꝓ ſe & liberis & deſcendētibus, tūc quilibet ex ultimioribus deſcendentibus cenſet̄ h̄re potius ab auo uel proauo ſeu a primo inueſtito, q̄ cenſeatur habere a patre ſuo immediato, q̄ non fuit primus inueſtitus, & iō delictum patris ſui, a quo nō hēt nec h̄re cēſet̄, nō nocet ſibi, nec pōt, uel debet eē cā auferendi filio qđ ab eo non habet, ſed ab alio. arg. ff. de ſena. l. emācipatū in fi. l. adoptiuū. §. fi. de adop. & de interdic. & releg. l. e, ubi ē bonus tex. & ita v̄r expreſſe determinare Cy. in l. 2. C. de libe. & eorum lib. qui v̄r uelle, ꝙ tunc filius poſsit h̄re feudum, ēt ſi non ſit hæres patris, & ꝙ tunc non habeat locū ti. an agna. vel filius. in vſibus feu. ſed ſolū hēat locū ille ti. qñ feudū fuit alicui ſimpliciter cōceſſum non facta mētione de filijs, quo caſu adhuc ueniunt filij. ut in d. §. cū vero corradus. dūmodo ſint hæredes patris, ut i dicto ti. agna. uel filius meritò delictū patris nocet tūc filio, q̄a facit ut fili⁹ nō poſsit eſſe hæres patris, ſi bona cōfiſcant̄, & ipſe nō pōt h̄re feudū, niſi ſit hæres. ¶ Sed qñ cōceſſū fuit alicui & ſuis liberis uel deſcēdētibus, v̄r uelle ibi Cy. poſt Pe. ꝙ tūc liberi pñt h̄re poſito, ꝙ nō ſint hæredes patris. p l. ſtip. iſta. §. ſi q̄s ita. ff. de ver. ob. & hoc ēt ſentit Bal. in dicto ti. an agna. uel filius. iō tūc delictū patris nō nocet. filio. ad qđ ēt facit. l. ſi arrogator. §. 1. ff. de adop. ibi q̄a hoc non iudicio eius &c. in rōne ſui. Et hoc exp̄ſſè ēt determinat Bar. in d. l. r. ff. de interdict. & rele. aū fi. ubi tenet p̄fatā diſtinctionē Cy. qñ delictū nō eſt cōmiſſum principal̄r ꝯ dn̄m, & ſic ad dn̄m nō reuertitur, ut diſtinguatur, an filius uenit iō q̄a hæres, & nocet ſibi delictū patris, aut ñ q̄a hæres, ſed q̄a filius, & tūc ſecus, ut in d. ll. Et ſic patet ſm̄ eū, ꝙ filius pōt interdū uenire ad feudū paternū, non q̄a hæres, ergo ēt ſi nō ſit hæres, & hoc nō uideo poſſe contingere niſi qñ primus recipit ꝓ ſe & liberis eius exp̄ſſè, ꝓut ponit Cy. & Pe. in d. l. 2. de libe. & eorū li. ad quorū dictū Bar. ſe refert, igit̄ ille ti. an agna. uel filius. debet limitari mō quo dixi. & ita ſentit Bal. exp̄ſſè ibi. ¶ Cū igitur in caſu nr̄o fuerit receptū p primū inueſtitū ꝓ ſe & liberis eius ſeu deſcēdentibus, patet ꝙ delictū illius cōmiſſum non ꝯ dn̄m feudi, ſed ꝯ dn̄m ciuitatis, non potuit nocere filijs ſuis, & ꝙ iſto caſu non hēt locū ille ti. ſi vaſ. feudo prin. nec illud capitulū ſi uaſallus culpā. in ti. ſi de feu. fue. cōtro. ſ. ꝙ veniāt agnati filijs excluſis, imo ueniūt ipſi filij ex ꝓuidentia primi inueſtiti, & ab illo cenſet̄ h̄re non a patre ſuo, meritò delictū patris filijs non nocet. Et p̄dicta maximè ꝓcedunt ſi agnati non ſunt, q̄ habeant filijs nocere. arg. eius qđ h̄r in l. ea ſola. ff. de re. iu. ¶ †Circa tertiū principale q̄ſitū dicendū eſt, ꝙ p dictā reſeruationē factā p dn̄m epiſcopū in inueſtitura, q̄ facit de dicto feudo in pſonā fratris dn̄i ciuitatis, q̄ ut dr̄ erat baſtardus, fuit conſeruatum ius qđ habebant p̄fati filij delinquentis, ſm̄ ea q̄ ſupra ꝓ primo articulo dixi, poſito ēt qđ fuiſſet in p̄tāte dn̄i epiſcopi ius illud auferre p̄fatis filijs, q̄a præfata reſeruatio declarat animū eius, quod noluit auferre. ad qđ. ff. q̄bus mo. pign. uel hypo. ſol. l. 4. §. 1. ibi dum dicit. niſi ſalua cā pignoris &c. de lib. exhi. l. 3. §. pe. de aqua quo. & æſti. l. pe. ibi ſine p̄iudicio &c. de teſta. tu. l. idem fiet. ibi, ſine vllo litis p̄iudicio &c. quas conſueuit allegare. d. Oldrad. quòd proteſtatio conſeruat ius ſuper quo conſeruando fit, ſic. C. de agrico. & cenſi. l. litibus. §. huiuſmodi. de his q̄ ſpon. mune. ſulci. l. 1. lib. 10. Certe etiam ſine dicta ꝓteſtatione uel reſeruatione intelligebatur reſeruatū. q̄a non potuit dn̄s epiſcopus priuare filiū p̄fati delinquentis ſine iuſta cā, & ipſo non conuicto, ut in ti. de feu. ſine cul. non amit. poſtq̄ delictum patris ſui ſibi non nocuerat ſm̄ ea quæ. ſ̄. dixi. ¶ †Circa ultimum quæſitum v̄r dicendū, ꝙ non ſolū lapſus. 30. annorum, imo ēt lapſus anni & diei infra quē non petierunt inueſtituram p̄fati filij p̄iudicauerit eis. ut in ti. de ꝓhi. feu. alie. per Fed. §. præterea ſi q̄s. cum ſimi. Sed certe iſtud non habet eis obſtare, cum non poſſederint nec poſsideant feudum. Et illud tp̄s datur duntaxat, & aſsignatur ei qui eſt in poſſeſsione feudi, non ei q̄ non eſt, q̄ non arctatur, ad petendam inueſtituram ſm̄ Guil. de cu. & Bal. q̄ hoc notant eleganter in l. ſolennibus. C. de tei uend. Item ſaltem uidentur excludendi per lapſum. 39. annorum. ut in l. ſicut. C. de p̄ſcri. 30. annorum. Sed breuiter de iſta debēt deduci ætates pupillares, infra quas ipſo iure non currit dicta præſcriptio longiſsimi temporis, ut d. l. ſicut. in fi. Si uerò facta dicta deductione remaneret adhuc tempus ſufficiens ad præſcriptionem, debet uideri utrum fuerit aliqua iuſta cā ignorantiæ, quare non egerunt pro recuperatione dicti feudi, quia tunc ratione illius datetur in integrum reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cā. l. 1. in fi. ff. q̄bus ex cau. maio. ſm̄ Bart. q̄ ita not. in l. 1. §. ſi q̄s pp inundationē. ff. de iti. actuq; pri. & in l. ab hoſtibus. §. ſed ſimpliciter, quibus ex cau. ma. & Dy. in regula ſi quis in ius. de regu. iur. lib. 6. & glo. ordinaria in l. ſicut. ff. quē admo. ſer. amit. in fi. glo. magnæ & l. ſi patrē. eo. titu. in 1. glo. & ſic poterunt petere reſtitutionem infra quadriennium continuū a die ſcientiæ conputandum aduerſus curſum dictæ p̄ſcriptionis, quia p̄ habita potuerunt feudū recuperare. Et ſatis de facili uidetur poſſe ꝓbari ignorantia, ſi non ꝓbetur p aduerſam partem ſcientia. arg. l. uerius. ff. de proba. uel ſi non apparet, ꝙ penes dictos filios fuerint inueſtituræ priorum parentū, q̄a tunc ignorantia cauſata fuit ex iuſta & ꝓbabili cā quæ ſufficeret ad reſtitutionem petendam.

¶ Punctus ſuper quo petitur exhiberi conſilium.

¶ Quidam Ioannes Blaſij Roſsi ritagliator de Florentia. de

[a] ¶ Cōtra dn̄m feudi. Adđ Sozi in cōſ. 66. incip. uiſa donatione fcā i pe. col. narſ qui to cōfirmatur. i 3. uol & adde qđ feuda. ñ cōfiſcantur pp delictū dn̄s imo ua falli ipſi efficiunt franchi pp delictū dn̄i. ut nota. Hyppo. Mar. ſin. 121. ici. vaſallus pdu ſeu dum H. Fer.

anno dñi 1409. de mense Aprilis ex titulo emptionis acquisiuit iꝰ cuiusdã intraturæ super quadã apotheca acta ad ministeriũ ritigali sita ĩ populo sancti Andreæ in uia callis malæ. ¶ Et postea ars portæ S. Mariæ ciuitatis Flo. de anno 1412. emit d. apothecam a dñis hñtibus proprietatem in d. apotheca. Et locauit d. apothecam ad pẽsionem dicto Ioanni Blasij hñti ius intraturæ pro certo tpe. ¶ Et postea d. Ioannes Blasij nolens amplius tenere d. apothecam ad pẽsionẽ a dicta arte & consulibus dictæ artis portæ S. Mariæ refutauit d. apothecam, & ipsam disgomberauit. ¶ Nunc verò illi de arte prædicta dicunt d. Ioannem amisisse dictũ ius intraturæ, quod habebat, allegant quoddã statutũ dictæ artis, cuius copia talis ẽ, vcz. Item allegant aliud statutũ positũ in quarto libro uoluminis statutorũ ciuitatis Flo. in tractatu & materia consulum rub. 29. sub ru. ꝙ dimittens apothecã qua conduxit, teneatur renunciare oĩ iuri, qđ hẽbat. Cuius statuti talis tenor talis est, vcz. ¶ Quibus statutis rñdetur per Ioannem. Et primo, quo ad statutum dictæ artis portæ S. Mariæ, quod uerum est, ꝙ post refutationẽ potest quilibet alius conducere, vcz apothecã locatã, & non incidit in pœnam statuti; non tñ tollit ius competens ante conductionem conductori. ¶ Itẽ statuto communis Flo. respondetur, ꝙ debet intelligi de iure acquisito per conductionem. Modo quæritur quid iuris.

SVMMARIA.

1 *Iura diuersæ naturæ quando apud aliquem reperiuntur, ille duarum personam repræsentat, puta ius intraturæ, & ius conductionis in apotheca, & renunciando apothecam simpliciter, non uidetur renunciare ius intraturæ, quod est separatum a iure conductionis, sed tantum conductionem.*

Locari rem alteri licet de iure communi, cessante non finita prima locatione.

CONSILIVM CCCXIII.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Notandum est pro rñsione eius, de quo quæritur, ꝙ istud ius intraturæ diuersum est a iure cõductionis, quod patet ex pluribus. ¶ Primò, quia pñt esse penes diuersas psonas, & sic unum sine altero, ergo &c. ff. de fur. l. inter oẽs. §. si seruus. ver. vsq; adeo. Itẽ quia alterius qualitatis & uitæ est unum, q̃ aliud, ergo &c. ff. de dolo. l. hæredibus. in fi. gl. primæ. l. j. circa prin. C. de iure emph. Nam ius intraturæ est ius prohibendi alteri, ne cõducat se inuito, prout in fi. ff. cõi di. l. sabinus. Sed ius conductionis est pura ꝯductio seu ius inhabitandi ea cõductione. C. locati. l. uiã ueritatis. Et primũ est ppetuũ, ſm rẽ ẽ ipale.

2 ¶ †Secũdò notandũ, ꝙ qñ duo iura q̃ pñt esse penes diuersas personas reperiunt ꝯcurrere in persona unius, iudicandũ est de illo tan q̃ de duabus personis. ff. de his qui. ut indi. l. tutorẽ. ¶ Nunc ad ꝓpositũ in personã istius Ioannis Blasij ꝯcurrit ius intraturæ, qđ acquisiuit ex titulo emptionis ab uno. Itẽ ius ꝯductionis seu inhabitandi, qđ acquisiuit ex ꝯctu ꝯductionis ab altero. s. ab artæ portæ S. Mariæ, q̃ dr̃ esse proprietaria, ut ꝓponit. Ex quibus duobus etiã deprehẽditur diuersitas iuriũ, qa ex diuersis titulis habitis a diuersis acquisita fuerunt. Sed ꝯstat, ꝙ si alia psona diuersa a d. Ioanne ꝯduxisset a d. arte cũ uoluntate & parabola Ioannis hñtis ius intraturæ, deinde renunciaret d. apothecæ seu iuri cõductionis, non acquireret ars ꝑdicta ius intraturæ, qđ esset penes d. Ioannẽ, sed duntaxat oẽ ius qđ hr̃et ipse renuncians, nec posset dicta ars cõpellere renunciantẽ ad redimendũ ius intraturæ, qđ esset penes aliũ, & ad ipm renunciandũ, qa statutũ hoc non disponit, sed duntaxat de iure qđ hẽt ipse renuncians, loquitur, ergo idẽ esse dẽt in casu nr̃o, quia iste Ioãnes repñtat duplicẽ personã. s. personã hñtis ius intraturæ, & in hoc repñtat venditorẽ, & personã hñtis ius conductionis, & in hoc repñtat artẽ locatricem. Cũ ergo renunciat ex forma statuti cõis Flo. oĩ iuri, qđ hẽt in apotheca conducta, censetur renunciare duntaxat iuri qđ habet ut conductor, nec ad aliud tenetur ex forma d. statuti qđ loquit̃ duntaxat de conductore, non aũt renunciat nec renunciare tenet̃ iuri intraturæ, cũ illud non hẽat ut cõductor, sed ut emptor, & sic ut diuersa persona. Nec dẽt ars ꝑdicta plus ex poscere ab eo, q̃ exposceret si ius intraturæ ipse Ioannes nõ hr̃et, sed quidã tertius. Nã constat, ꝙ tunc dr̃et contentari ars ꝑdicta de iure, quod hr̃et d. Ioannes ut conductor, ergo & idem in casu nr̃o, quia non debet esse deterioris conditionis d. Ioannes ꝙ in eius psona concurrant ambo iura seu ꝙ habeat ius intraturæ, q̃ si ipsum non hr̃et, sed duntaxat ius conductionis. ar. ff. de iniur. l. sed si uniꝰ. §. si seruo. Et sic patet, ꝙ d. statutum cõis Flor. positum in quarto libro non facit pro d. arte. Et multo minus facit statutum artis prædictæ. Nam illud solum facit & operatur, ut pp renunciationem dicti Ioannis alius possit conducere a dicta arte prædictam apothecam, quod prius facere non poterat impunè obstante dicto statuto. Sed ꝙ teneatur renunciare aliud ius quam illud quod habet ut cõductor, statutum illud non dicit, nec ad hoc potest quoquomodo adaptari. Et ideo concludo pro dicto Ioanne non obstantibus statutis prædictis. ¶ Et ita dico & consulo ego Paul. de Cast. V. I. doctor, & ad fidem me subscripsi, & sigillaui. Anno domini 1424. die ultimo Aprilis.

SVMMARIA.

1 *Castellionenses subiecerant se Florentinis cum quibusdam pactis quorum uirtute per 30. annos non soluerant gabellas & onera nunc autem grauabãtur, q̃ritur.*

Libertas non soluendi collectas spatio 30. annorum præscribatur an sicut filius per longum tempus liberatur a patria potestate & 2.

2 *Libertatis minus ualidus titulus confirmatur tempore.*

3 *Clausula ac ista assumo te in dominum patrem & protectorem, an inducat generalis & uniuersalis subiectio, quando sunt alia uerba repugnantia.*

Dominus, dictio, quid importat.

Pacta inita in ipsa subiectione an habeant uim priuilegii, an uero contractus.

4 *Limitatè disponere, uel perfectè paria sunt in eodem contextu uerborum limitatè disponere.*

5 *Reformatio breuiter non censetur derogare exemptis, nisi spãlis de eis fiat mẽtio.*

CONSILIVM CCCXIIII.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ †Postremo res ista satis clara uidetur, quia præponitur quòd castellionenses iam sunt triginta anni & a tempore dictorum pactorum, quòd ipsorum uirtute nunquam soluerunt gabellas contractuum de quibuscunque contractibus ubicunque factis, & de quibuscunque rebus, quod si ita est, non solum sunt in quasi possessione libertatis a dicto onere, sed sunt in perfecta & plena libertate, quod sic probatur. Nam posito quòd castellionenses essent subditi uirtute primi capituli, quod negari potest, ut infra subiiciam. tamen dicta subiectio æquiparatur ei, qua filius subijcitur potestati patris, ut probatur. ff. de iusti. & iur. l. ueluti. & C. de inoff. testamen. l. si qs filium. ver. sed nos. & de defen. ciui. l. 4. sed si pater pmittat stare filiũ tanq̃ sui iuris p longũ tps, censetur ipsum emancipasse solẽniter, & efficitur sui iuris. C. de pa. pote. l. 1. & ar. l. si filius. C. de peti. hære. & l. q in aliena. ff. de acq. hære. uel si ipsum emancipauerat nõ solẽniter, talis emãcipatio cõfirmat̃. l. si post mortẽ. ff. de adop. Igit & in ꝓposito, licèt pacta de exemptione a principio nõ ualuissent, tñ ex quo cõe Florẽtiæ passum fuit non solũ longo tpe, sed longissimo pstatos castellionẽses stare in quasi possessione libertatis a dictis oneribus, censet̃ illa pacta cõfirmasse, & hoc ẽt ꝓbatur ex no. p Bar. ff. de usur. l. cũ de in rẽ verso. in primo mẽbro, ubi tractat, †an titulus

2 inhabilis cõfirmetur ex sequẽti ꝓestatione. Nã dicit inter alia, ꝙ si q̃ritur de liberatione inducẽda, cõfirmat̃, si est tale qđ solo cursu tpis põt induci, ut d. l. si post mortẽ. cõiuncta. d. l. 1. de pa. po. Sed constat, ꝙ liberatio ab isto onere gabellarum põt induci solo cursu tpis, qa licet ꝯ vl̃em subiectionẽ non possit pscribi, nec ꝯ censum ordinarium qđ pstatur in signum subiectionis. ut l. comperit. C. de pscrip. 30. annorum. & in c. cum non liceat. de pscrip. bene tñ põt præscribi contra tales præstationes, q̃ non habet cõtinuum & uniformem modum, seu cãm, ut in c. de quarta. de præscrip. quia talia onera non soluuntur in signum subiectionis, sicut soluitur census, sed soluũtur per subuentione superioris, ut colligitur ex. d. c. de quarta. coniuncto. c. cum non liceat. Idem dicit Barto. si erat tale quid, quod solo cursu tpis non potest induci, quia ius resistit, ut d. l. comperit. Nam & tunc si interuenit titulus ab eo qui poterat supra ius dispensari, similiter confirmatur titulus per patientiam longissimi temporis. C. de sun. pa. l. fin. Sed hic titulus interuenit a cõmuni Florentiæ quod poterat in hoc supra ius dispensare in suo territorio, ergo &c. Sic ergo aduertendum, quia hic est quærendum, an castellionenses præscripserint hanc libertatem, cum proponatur eos fuisse exemptos per pactum factum a communi Florentiæ, quod eximere potuit, vnde quæritur an dictum pactum eis prosit, ex quo tanto tempore fuit eis seruatum in hac forma, etiam si diceretur ipsum pactum non ualuisse, uel non sic debuisset intelligi, cum tanto tempore sic fuerat intellectum. Et dicendum est quòd sic, quia cum tale pactum sit lex. ut l. cæsar. ff. de publi. sic est hodie interpretandum, prout hucusque interpretatum fuit. ff. de legi. l. si de interpretatione. ad hoc non solum triginta anni, sed decem sufficere uidentur. eod. tit. l. diuturna. & not. in l. de quibus. Dicam ergo istos esse exemptos non ex præscriptione tanti temporis, sed ex pacto; quod quidem pactum tanto tempore sic fuit interpretatum, & ex tanti tpis obseruantia ualidatum per iura prædicta.

dicta. Quinimo & si pactū prædictū non interueniſſet, pōt dici ꝙ præſcripſerint tanto tpe ſtando in libertate p dictā l.primā. C.de pa.pote. vel ſi quis dicat eā in diuerſo caſu loqui accipiat alterā q̄ loquit̃ magis ad propoſitū. ff. de diuer. & tēpo.pſcri. l.in oībus. vbi ponitur regula gñalis, ꝙ in his q̄ non ſunt fiſco incorporata, præſcribitur ꝫ fiſcū ſpatio xx. annorū, niſi aliud ſpāſ reperiatur expreſſum. Nec obſtat l.fi. de ſacroſan.eccl. quia in certis ſpālibus caſib' loquitur; nec l.cō petit, quia loquit̃ in cēſu ſeu tributo. Itē qñ præſcribēs habet titulū ab extraneo præſcribit ꝫ rem publicā eo tpe, quo cōtra priuatū l.quāuis. ff. de vſucap. hic aūt hñt caſtell. titulū pacti; ergo &c.

3 ¶ † Verū quia, vt dr̃ pro altera parte, fit fundamentum ſuper primo capitulo dictorū pactorū, per quod dr̃ caſtellionenſes ſe ſubieciſſe cōi Florētiæ generali & vl̃i ſubiectione; quia elegerunt & aſſumpſerunt cōe præfatū in dñm, pp quod dr̃ ꝙ ſequentia pacta vel capitula cōtinentia exēptionē nun hñt vim contractus, ſed vim priuilegij, quod ſubditis conceſſum pōt qñcunq; reuocari ad libitū ſuperioris. de præſcrip. c.veniēs. de reſcrip. c.cū ordinē. facit quod not. Inno. de iniur. c.in noſtra. Neceſſe eſt ergo ad hoc rñdere, ne ſi omittatur rñſio, fruſtra & incaſſum laborauerim in ſcribēdo quæ ſcripta ſunt. Et in veritate libēter abſtinerem a ſcribēdo ſuper hoc puncto, ne temerariè videar ponere os in cœlum; tñ ne per hoc pereat iuſtitia caſtellionenſiū, quæ eſt clara, & quā puto præfatū magnificū cōe Florētiæ nolle minuere vel turbare; ſed potius tueri vbi oſtēdat auſum ſcribendi ſumpſi.

¶ Dico ergo ponderatis verbis dictorū capitulorū ꝙ nō reperio verbū aliquod, per qd' dici poſſit pſatos caſtellionēſes fore ſubmiſſos & ſubditos factos vl̃i ſubmiſsione, niſi illud verbū, dñm; quod quidem verbū æquiuocum eſt, & interdū profertur gratia honoris. ff. de lega. 3. l.cum quis decedens. §. Seiam. facit l.talē. ff. de hære.inſtitu. & hoc clarū eſt apud oēs; quia interdū appellamus dominos eos, quibus nullo iure ſubiecti ſumus; ſed ſunt nobis pcellentiores; qui cōis vſus loquendi debet attēdi in cōtractu, maximè cum ſunt alia q̄ hoc habeāt indicare. Dico ergo, ꝙ in caſu iſto non fuerūt vſi caſtellionēſes illo verbo, ex quo ꝙ vellent ſe ſubijcere ſeu ſubiectos facere, cū ex alijs verbis dictorū capitulorum appareat expreſſè cōtrarium; ſed vſi fuerūt gratia honoris & excellentiæ dicti cōis Florētiæ; & quia nō eſt oīmodo extranea interpretatio, ſuſtinetur vt cōcordet cū alijs verbis; quia ſi aliter intelligeretur, diſcordaret. arg. dictæ. l.talē. de hære.inſti. Verba aūt alia iuncta dicto verbo ſunt iſta. ſ. protectorē, patrem, & defenſorē: quæ verba non importāt ſubmiſsionē, nec vr̃ per ea tranſlata aliqua iuriſdictio, merū, vel miſtū imperiū, in dictū cōe. ſic expreſſe determinat Bart. C. de excu.mune. l.ēt. & poſito ꝙ eſſet tranſlata iuriſdictio & imperiū, nontū p hoc poſſet imponere collectas & onera; vt idem Bart. ibi not. in fin. ergo non pñt dici per dicta verba ſubiecti, cum ſubiectio ſtet in iuriſdictione. Quinimo ſunt alia verba, quæ indicant expreſſè dictos caſtellionenſes non eſſe ſubiectos, ſed potius recōmendatos. Nam in tertio & quinto capitulo cōtinetur, ꝙ cōe Florētiæ debeat cōſeruare libertates & iuriſdictiones cōis caſtell. Cōſtat aūt, ꝙ ſi eſſent ſubditi, nō poſſent dici liberi; quia liber populus eſt, qui nullius alterius populi ptāti ſubiectus eſt. ff. de cap. l.non dubito. verſi. liber aūt. Poſito verò ꝙ ſint recōmendati, & ꝙ populi Florentini maieſtatē colāt tanquā pcellētioris, & in æqualibus pactis fœderati ſint, bene pñt dici liberi; vt ea. l. probat. verſ. itē ſiue æquo. & hoc modo ſumēdo, propriè ſtabūt illa verba, ꝙ cōſeruētur eorū libertates, quæ propriè nō ſtarent ſi eſſent ſubiecti. Itē in alio capitulo fuit actū, ꝙ ptās ibi mittēdus habeat iudicare ſm ſtatuta illius loci facta & fiēda; & ſic voluerūt poſſe facere ſtatuta, q̄ nō requirūt aliquā ꝯfirmationē cōis Florētiæ; igit̃ nō ſunt ſuppoſiti, quia tūc requireret̃. C. de iuriſ.om.ind. l.fi. Itē in alio capitulo. ſ. in quinto cōtinetur, ꝙ ſi ad manus cōis Florētiæ deuenirent aliquæ villæ ibi nominatæ, debeat ipſum cōe eas reducere ad obedientiā cōis caſtel. ſicut prius erāt; ex quo patet, ꝙ noluerunt ſe ſubijcere; quia ſi eſſent ſubiecti & ſub obedientia cōis Florentiæ, nō poſſent habere alios ſub obediētia ſua. C. de legiti.tute. l.fi. Sequitur ergo, ꝙ nō ſunt vl̃r ſubiecti virtute illius verbi, dñm, qd' pōt aliter aſſumi, cùm plura ſint alia verba, q̄ indicant cōtrarium; ſed ſunt ſubiecti ſolū quo ad cōtēta in capitulis. vnde nō procedit fundamentum illud, ꝙ rōne ſubiectionis iſta non dicātur pacta & conuētiones, ſed priuilegia.

¶ Præterea dico, poſito ꝙ generaliter & vl̃r ſe ſubmiſiſſent, adhuc iſta dñr pacta & conuētiones, non priuilegia. Nam tunc eſſet verum, quod dicerētur priuilegia, qñ poſt perfectam & abſolutā ſubmiſsionē ex interuallo fieret exemptio. Sed in caſu noſtro facta fuit in ipſo actu ſubmittēdi. Et licet actus ſubmittendi pceſſiſſet; tñ quia incōtinenti facta fuit exēptio, dicit̃ ineſſe, & eodē inſtanti vñr actus facti; & ſic nō pōt dici priuilegiū vel exēptio propriè; quia iſta pſupponūt eſſe ſubditos illos, qbus cōceduntur; ſed in ipſo actu ſubmittendi iſti nō erāt ſubditi ante pfectam ſubmiſſionē, vt patet in l.qui duos. §. j. de manumiſ.teſta. & quod no. in l.arboribus. §. de illo. ff. de vſufru. vñ potius cum non ſubditis dr̃ factū dictū. vj. capitulū, & ſic vim pacti & ꝯtractus habet, q̄ cū ſubditis, cū tūc ſubiectio nōdum eſſet perfecta. Nam ſi a principio dixiſſet ille ſyndicus, ſubmittimus nos cum iſta reſeruatione & ꝯdōne, ꝙ non teneamur ad onera, talis ſubmiſſio tanquā limitata nō extenderet̃ ad onera, & quo ad illa pro nō ſubditis haberent̃; idem ergo ſi ſubmiſit eos ſimpl'r, & poſtea in eodē ꝯtextu verborū & antequā ad illos actus diuerterint, dictā ſubmiſſionem limitauit,

4 † cū paria ſint a principio limitatè diſponere, vel pfectè in eodē ꝯtextu verborū diſpoſita limitare. ff. ad Trebel. l.Lucius. §. quæ habebat. ff. de teſta.tute. l.ſi certarū.

5 ¶ † Præterea & oībus his ceſſantibus, poſito pro cōſtanti ꝙ caſtelliunenſes eſſent ſubditi, & ꝙ iſta capitula habeāt vim priuilegij, & ꝙ poſſit reuocari, dico ꝙ non cōſtat de reuocatione. Nam in generali diſpōne reformationum poſtea factarū, quibus cauetur ꝙ oēs ſubditi & diſtrictuales ſoluant gabellas, &c. non cōprehendūtur caſtellionenſes habētes priuilegia ꝙ nō ſoluant; ſed neceſſe eſſet ad reuocationē priuilegij eorū, ꝙ de ipſis fieret expreſſa mentio. vt in c.cū ordinē. extra de reſcrip. quia in dubio in generali diſpōne nō includūtur priuilegiati, ſeu exēpti, aut prohibiti. C. de ſilentia. l.ij. facit quod no. in l.ſi quis ſub ꝯdōne. ff. de cōdi.inſtitu. per Bar. & in c.eos. de immunita.eccle. per Io.And. quia de ordinata ptāte nō debet eis auferri priuilegiū. & in c.decet. de reg.iu.lib.vj. ſed de ſuprema ptāte non pōt auferri. non aūt eſt veriſimile, ꝙ princeps velit vti ſuprema poteſtate in derogationē alterius, niſi conſtet, ſicut nec miles cenſet̃ vti priuilegio militari, niſi conſtet, ſed iure cōmuni. C. de teſt.mili. l.in teſtamēto. vnde non pñt officiales gabellæ turbare dictum priuilegium caſtellio. vigore alicuius ſtatuti prius vel poſt facti, quod de caſtellionenſibus expreſſam mentionem nō faciat. Et ita fuit iſto anno conſultum in facto cuiuſdam cōmunitatis prætendentis eandem cauſam per ſapientes communis, & per dñm Torellum eis adiunctum.

S V M M A R I A.

1. *Tempore ingruentis horrendæ peſtilentiæ multa condebantur Florentiæ teſtamenta ſine iuris ſolennitate, præſertim in fauorem hoſpitalis, hoſpitalarii obtinuērunt ꝙ talia teſtamenta ſic facta exequi poſſint, quæritur.*
   Ordinatio facta ſuper teſtamentis factis, an trahatur ad futura, quod uidebatur eſſe ceſſante cauſa, id eſt, peſtilentia.
2. *Cauſa finalis, & impulſiua, pulchra diſtinctione dignoſcuntur.*
3. *Ordinatio, quæ non fit ad inſtantiam poſtulantis, an dicatur ambitioſa, an verò conceſſa motu proprio. & nu. 4.*
4. *Intellectus ad c.ſi motu proprio. de præben. lib. 6.*
5. *Lex loquens per verbum præteriti temporis, an trahatur ad futurum. & nu. 3*
6. *Circa, dictio quid importet.*
   Ordinatio ad pias cauſas, quare fauorabilis, & ſuſtineatur.
7. *Laici poſſunt ſtatuere ſuper iuramento per indirectum.*

CONSILIVM CCCXV.

promisit non reuocare. Sed contrariũ est uerũ, nã in his q̃ depẽdent ex mera voluntate unius, nec sunt contractus uel quasi, non põt q̃s sibi legẽ imponere, a qua recedere non liceat. ut. l. si q̃s. de lega. 3. sed constituere vicariũ, in mera uoluntate constituentis consistit, ergo & reuocatio, sicut in procuratore videmus, & in legatis. facit. ff. de pac. l. nemo. & qđ no. in l. ea lege. C. de cond. ob cãm. ubi nõ põt q̃s sibi adimere p̃tãtẽ disponendi de rebus suis prout vult. Itẽ dĩt q̃dã, q̃ reuocare non potuit, q̃a iurauit non reuocare. Sed r̃ndeo, q̃ in instr̃o uicariatus non iurauit, sed in instr̃o procuratorij, de quo ad p̃sens non est curandũ, posito tñ q̃ iurasset non renocare vicariũ, tñ adhuc potuit, licet remansisset piurus, ut no. p Inn. & Io. An. in c. dilecto. de 2 p̃ben. sicut ille q̃ iurat non renocare testm̃. 13. q. 2. c. ultima uoluntas. & ibi no. p gl. & p Bar. in l. si q̃s. in prin. de le. 3. p Cy. in l. 1. de sacrosan. eccle. in Spe. de leg. §. nunc tractemus. ver. sed si legatus: ad hoc facit. c. si inter. de sponsa. & de iureiu. c. mulieri. ubi hr̃, q̃ licet q̃s iurauerit contrahere cũ una, põt contrahere cũ alia, licet remaneat piurus. Nec ob. iura dicentia, q̃ non põt q̃s uenire contra suũ iur̃m, ut in c. cũ contingat de iureiu. de pac. c. q̃uis. Nã illud est verũ in illis, in quibus necessariũ est adire p̃torẽ, q̃ non d3 quẽ audire contra propriũ iur̃m, ne sit autor piurijs, secus in his, in q̃bus non est necesse p̃torẽ adire, q̃a in illis põt q̃s uenire contra iur̃m, licet remaneat piurus. ita not. p Io. An. in c. quod semel placuit. de re. iur. in q̃õne mercuriali. & probatur in c. mulieri. de iureiu. Nunc ad propositũ si iurasset nõ reuocare, nihilominus potuisset, q̃a in hoc non est necesse p̃torẽ adire, sed si iurasset nullũ p̃sentare durante arendamento, fateor q̃ non deberet audiri, q̃a in p̃sentando habet necesse superiorem adire, s. ep̃m uel eius uicariũ, q̃ non deberent eũ audire contra suũ iur̃m. In casu uero nostro neutrũ iurauit, ut patet ex inspectione instr̃i vicaria-
5 tus, ergo reuocare potuit. ¶ † Quartò q̃ritur, cum dicta reuocatio non fuerit intimata uicario s̃m formã cle. cãm quæ. de ele. vtrum potuerit impedire p̃sentationem vicarij. Vr̃ q̃ nõ. ut ibi not. in gl.
6 h. coniuncta cle. cum illusio. de renun. Contrarium dico. † Nam q̃ñcunque concurrunt ista quatuor, uidelicet q̃ q̃s sit constitutus ad actus extraiudiciales. Itẽ q̃ actus qui geritur p procuratorẽ uel vicarium sit talis, q̃ geri non possit sine expressa voluntate dñi. Itẽ q̃ reuocatio non redundet in damnum pecuniariũ alterius tertij, nec ipsius procuratoris. Item q̃ sit talis actus, quem dñs non habebat de necessitate facere, tunc his quatuor concurrentibus põt quis ignorans reuocari, nec ualet quicquid facit reuocationẽ licet ignorans. fallit in uno casu tm̃. s. in dicta cle. cũ illusio. de renun. Ecce exempla, nam si constituo procuratorem ad manumittendũ seruum meum, deinde ipsum ignorantẽ reuoco, non ualet manumissio facta per eũ. ff. de mann. vin. l. si pater. hic. n. illa quatuor concurrunt. nã iste actus est extraiudicialis, nec põt seruus meus manumitti sine uoluntate mea. Item posito q̃ non ualet manumissio, non damnificatur tertius, nec procurator, nec ego habebam necesse manumittere. Item dicit lex, si rem aliquam procuratori meo tradidi ut tibi donaret, deinde ipsum reuoco licet ignorantem, licèt postea ignorans tradat, non trãsfert in te dñiũ. ff. de dona. l. 2. §. sed & si quis donaturus. Nã & hic concurrunt oĩa p̃dicta. Idem hr̃. ff. si certũ peta. l. eius qui. §. quas vero. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. penu. de spõ. l. si pœnituerit. secus si deficeret alterum istorum, puta q̃a constitutus esset ad iudicia, tunc. n. non solũ in suã notitiã dẽt deuenire reuocatio, sed ẽt iudicis uel aduersarij. C. de satisda. l. 1. ff. de procur. l. si procuratorẽ. eo. titu. c. mandato. Idẽ si poterat geri sine voluntate dñi, puta si mando alicui q̃ talem rem emat p me, quod facere pòs sine mandato, nã tunc necesse est reuocationẽ sibi notificari, alias si emat, teneor sibi, sicut si non reuocasset, ne in damno uersetur. ff. mã. l. si mandasset. idẽ si reuocatio redũdaret in damnũ alterius tertij, q̃a tunc necesse est illi intimare uel notificare, puta si constituo procuratorẽ ad exigendum debita, redundaretur. n. in damnum soluẽtiũ reuocatio, si ualeret. ff. de sol. l. uerò procuratori. §. 1. Inst. mã. §. recte. de exercito. l. sed & si pupillus. §. proscribere. idẽ si tenebat dñs illum actum facere, ut l. fundi. de acquir. pos. de publici. l. si q̃a prohibuerit. ita traditur p doc. Dy. Pe. Ia. & Cy. C. de man. l. mandato. ex quorum dictis ista colliguntur. Sed in casu nostro concurrunt oĩa p̃dicta quatuor, nã actio p̃sentandi est extraiudicialis, nec põt geri p uicariũ sine expresso mandato dñi. c. fi. de offi. uica. nec dãnificatur, pecuniariter dictus vicarius uel aliquis alius de reuocatione, licet. n. non ualeat p̃sentatio, non consequitur p̃sentatus damnum, licet lucrũ nõ sentiat. C. de codicillis. l. fi. nec ẽt tenebat dñs prior illud facere, si nolebat, sequitur ergo q̃ potuit ignorãs reuocari, & q̃ p̃sentatio postea p eum facta non ualet. Nec ob. cle. cũ illusio. nã ibi est casus sp̃ãlis in procuratore constituto ad renunciandũ ab ecclesiastica p̃sona, in quo licet oĩa p̃dicta concurrant, requiritur tñ ad notitiã procuratoris uel superioris deueniat. extra casum illũ habẽt locũ illa q̃ s̃. dixi. & ita sentit ibi gl. expresse in duobus uel tribus locis, si bñ inspiciatur, nos aũt sumus in alijs terminis, iõ nihil ad propositũ. ¶ Præterea reuocatio ista p instr̃m publicum peruenit ad notitiã superioris. s. dñi uicarij, antequã p̃sentatio de qua agitur, esset facta, prout mihi scripsi, ergo satisfactũ est illi cle. l3 essemus in terminis ipsius. Nec ob. q̃ facta non sit s̃m formã cle. cãm q̃. Nã ibi loquitur in casibus, in quibus iura dĩt esse necessariã intimationẽ, sed in cle. cũ illusio. non dr̃, q̃ sit necessaria intimatio, sed q̃ perueniat ad notitiam procuratoris uel superioris, qđ fieri põt a quocunq; uel qualitercunq;. ff. de peti. hære. l. item ueniunt. §. a quo. & l. 1. in fi. de act. emp. ¶ Concludo ergo ex p̃dictis q̃ p̃ntatio facta p arendatorẽ non ualet, q̃a non põt fundari in aradamento, nec in procuratorio, nec in vicariatu a quo destitutus erat, & p cõsequẽs q̃ ualeat p̃sentatio facta p dñm priorẽ, & p̃sentatus p eũ tanq̃ p verũ patronũ debeat institui, ut in c. cũ bertoldus. de re iu.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens de filia dotata debet intelligi si filia tantum in dote habeat ut totam legitimam exhauriat.*

Nepos ex filia succedit in locum matris ad legitimam, quam habet loco dotis.

2 *Fœminam qui excludit ab intestato, furtius si sit institutus in testamento.*

CONSILIVM CCCLXIII.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Si statutum dicit, q̃ filia dotata non succedunt cũ masculis, debet
2 intelligi si dotata est arbitrio boni uiri, [a] vnde si non habet in dotem tm̃ quod sufficiat ad legitimam, non dr̃ arbitrio boni uiri dotata. ar. in l. cũ post. §. gener. & l. q̃ro. de iure dotiũ. coniuncta. l. scimus. in princi. de inof. testa. vbi dr̃, q̃ arbi. boni uiri sit repletio legitimæ, iõ sibi debet suppleri l. si non mortis. de inof. testa. p q̃ Bal. sic consuluit. nam statutum non intelligitur excludere, nisi ab eo quod ultra legitimã esset habitura, non a legitima. arg. in auth. hoc amplius. C. de fideiu. & qđ no. in auth. sed cum testator. nam qđ ultra est, lucrum est, sed in legitima damnũ &c. arg. l. fi. C. de codicil. & statutum debet destringi, ne quis &c. l. 2. de noxali. Idem ergo in nepote ex filia, ut possit petere supplementum usq; ad legitimã matris. q̃a venit ex eius persona, licèt mortua sit in uita patris, ut in auth. in successiõe. de suis & legi. vñ si p̃supponeremus matrẽ exclusam, ẽt filius ex ea esset exclusus, ut no. Cy. in auth. post fratres. C. de legiti. hæredi. facit. c. 1. §. hoc aũt nondum. q̃ sen. da. pos. & qđ no. Far. in l. qui superstites. de acqui. hæredi. & hoc disputando tenuit Ricar. Ma. dispu. q̃ incipit testator instituit titium.
2 † Item dico, q̃ si præsupponeretur eam exclusam ab intestato, quia statutum hoc expresse diceret, q̃ quandocunq; modicam dotem haberet, non succederet tunc etiam ex testamento, in quo masculi instituit non posset petere supplementum, quia masculi præferentur ab intesta. in eo quod est ultra dotem, fortius ex testamento, cum habeant uoluntatẽ testatoris, q̃ nõ debet eis nocere, sed prodesse, quia duplex funiculus &c. & quia statutum factum est in eorum fauorem, nõ debet operari in odiũ.

[a] ¶ Boni uiri. Quanta aũt tũc esse debeat dos. vide d. Alex. ĩmo. in cõsi. 69. in 2. col. in 1. parte. & quo ipse esse debeat dotata ad hoc ut excludatur. vide per eũ in cõsi. 48. in 1. & 2. col. in 3. parte. & in cõsi. 97. in 4. parte. ubi & qualiter tale statutũ intelligatur.

¶ Casus talis est.

¶ Quidã abbas habens parochiã & curã animarũ cõsueuit a parochianis suis p funere certũ quid recipere p hunc modũ, vc3 quia antequã corpus admitteret ad sepulturã, recipiebat iur̃m a cõsanguineis, ut s̃m arbi. dicti abbatis, & s̃m facultates ipsorũ deberent soluere p dicto funere. contingit q̃ dicti parochiani sentientes se in hoc grauari inceperunt recusare dictũ iur̃m p̃stare, nec aliquid soluerunt a. x. annis citra. Nunc abbas petit cõsuetudinẽ seruari. parochiani dicũt se esse in possessione nõ soluendi, & dictã cõsuetudinẽ nõ seruandã, quia iniqua & extorta q̃ritur quid iuris. ¶ Item inter dictum abbatẽ & dictos parochianos facta fuit semel quædã cõpositio, p quã actũ fuit inter eos q̃ dicti parochiani soluerent dicto abbati uicesimã partem lanarũ & caseorum de pecudibus dictorũ parochianorũ, q̃ pecudes consueuerunt pasci p maiori parte anni extra dictã parochiã in montibus, & aliq̃ñ intra dictã parochiã, verũtamen nunquã uigore dictæ cõpositionis soluerunt dicti parochiani nisi de caseis & lanis recollectis in dictis mõtibus, nõ de recollectis in dicta parochia, nunc abbas petit sibi solui de omnibus. q̃ritur an teneant. ¶ Tertiò quæritur, cum dictus abbas in dictis petitionibus impetrauerit quendam iudicem sub forma ea quæ de bonis, utrum dicti parochiani teneantur super dictis iuribus & petitionibus corã illo respondere, uel habeant r̃ndere corã iudice sæculari

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sacerdos pro sepultura nihil petere potest, sicut nec pro sacramentis ecclesiæ.*
Intellectus ad c. ad apostol. cum de simo. & 2.
Parochianos consuetudine ligari ad soluendum pro spiritualibus illud quod solitum est, quomodo intelligatur.
2 *Consuetudo ut inducatur circa solutione pro spiritualibus, quot requirantur.*
Populus an recedere possit a tali consuetudine soluendi pro spiritualibus.
3 *Decimandi utrum ius possit præscribi pro parte fructuum, etiam si ex conuentione certæ decimæ debeantur.*
4 *Rescriptum loquens de bonis ecclesiæ alienatis comprehendit etiam ius decimandi, quod nunc a subditis denegatur.*

CONSILIVM CCCLXIIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Circa primũ quæsitum vr̃ mihi dicendũ, ꝙ isti parochiani nõ sunt cogendi ad soluendum illa, q̃ petit Abbas, † qa ꝓ sepultura sicut pro sacramentis vel alijs spũalibus nihil est exigẽdũ, ẽt si consuetudo hoc habeat, quæ dicenda est potius corruptela. de simo. c. nõ satis. in fi. cũ. c. seq. & c. sua. & c. sicut. Nec ob. c. ti. c. ad apostolicã. vbi dr̃, ꝙ cõpescant illi q malitiosè talẽ ꝯsuetudinẽ soluẽdi laudabilẽ pia deuotione fidelium introductã nituntur immutare. Nã illud intelligit̃ fm Inno. de illis, q solicitant vel statuunt, ꝙ nihil det̃ p alios, nullus tñ seruare cogitur. vt d. c. nõ satis. & rõ est fm eum, qa aut dedit coactus, & sic fuit simoniacũ, & ꝯtra ius naturale, & sic p̃scribi non potuit, p ꝯ̃ña nec est cõsuetudo. de consue. c. fi. Aut dedit sponte, & sic nõ cogitur in futurũ. arg. C. de pac. l. si certis annis. gl. tñ & Host. velle vr̃, ꝙ ad consuetudinẽ seruãdã debeat populus cogi.[a] p c. ex pte de censi. & ar. in auth. de san. epis. §. ꝓ cõsuetudinibus. & si nõ iure actiunis, saltẽ officio iudi. vt no. gl. in d. c. sua. & c. cũ ecclesiæ. Et ideo tunc rõdeo ꝙ d. c. ad apl̃icam. loquitur de consuetudine laudabili, & pia deuotione fideliũ introducta, ad cuius essentiã requiruntur plura q̃ non sunt in casu nr̃o, & p ꝯ̃ñs non est pia, nec laudabilis, nec seruanda. ¶ † Primò nãq; requirit̃, ꝙ parochiani gratis, & gratanter soluerint. de sim. c. dilectus. in fi. & c. tua. 18. dist. c. de eulogijs. qđ hic non fecerunt, imo soluerũt ad petitionẽ, & ĩportunam reqsitionẽ abbatis, & sic non soluerunt gratis, qa fm Sene. non satis gratis accipitur munus, qđ petenti donatur. vt no. c. titu. de sim. c. & si qões. ĩ gl. & ideo. ¶ Scđo requirit̃, ꝙ soluerint spõtè, & liberaliter, & sic nulla necessitate cogente, cũ in necessitatibus nemo liberalis existat. ff. de adi. le. l. rẽ legatã. hoc tollitur ex d. c. ad apl̃icam. ibi dum dicit. piam deuotionẽ fideliũ. reqritur. n. ꝙ ipsa deuotio fuerit cã principalis & motiua soluendi, alias. n. si qua necessitas alia subest, nõ ipsa deuotio impellit ad soluendum se ipsa necessitas. ar. ff. de ope. li. in l. cãpan'. & ff. de so. l. si cũ aurũ. Sed in casu nostro, cũ abbas ipsos cõpelleret iurare, vt proponit̃, patet ꝙ non ea deuotione mera soluebãt, nec spontè, sed ex necessitate iuramenti, qa qđ ꝑp iurm̃ fit, vr̃ ex necessitate fieri, vt ff. de cond. ob cãm. l. si pecuniã. post prin. & ibi gl. super verbo necesse. quæ dicit, vt quia iurasti. & no. in eadẽ. quibus ex cau. maio. in gl. q̃ incipit. licet detur. semp. n. iurantes vr̃r facere contẽplatione iuramenti, quia non præsumunt̃ immemores suæ salutis. C. ad l. iul. re. l. fi. ¶ Tertiò requiritur, ꝙ purè & simpl'r fuerit oblatũ illud, qđ fuit per parochianos solutũ nulla ꝓcedente pactione vel pignore. j. q. 2. c. q pio. de sim. c. tua nos. & in Auth. de san. epis. §. qa verõ talem. Et sic debent primò spiritualia purè ministrari, anteq̃ aliquid tpale, vel spes de ipso habeat̃, vt in d. c. ad apl̃icam. circa fi. in verb. liberè conferant̃. & ibi Host. q sic dicit. s. vt nec exigat̃ præsens pecunia, nec satisdatio, nec fiat pactio, ne teneat sacerdos, q̃si loco pignoris tacim, sic loquuntur iura, q̃ dicunt cõsuetudinẽ in talibus non valere fm Host. & Io. an. Ex quibus verbis satis euidẽter vr̃ nostra qõ determinari, nam expressius exprimit venditionis spẽm, qui prius recepit spem q̃ rem cõtulerit pretiosam, cũ gratis sit gratia conferenda. c. ti. c. in tm̃. & c. audiuimus. Nã pactio facit rem suspectam, vt no. ff. ad Turpil. l. mulierũ. & C. e. ti. l. si fœmina & ff. de infa. l. quia vr̃. Sed iste Abbas anteq̃ admitteret corpora ad sepulturã, conueniebat cũ parochianis, & paciscebat recipiendo iurm̃, qđ fuit illicitũ & de radice cupiditatis procedens, parochiani igitur soluentes potius vidi bant̃ soluere, vt redimerent vexationem suam, q̃ vt consuetudinẽ inducerent. de simo. c. dilectus. il primo. ad prædicta facit qđ no. 16. q. 3. c. quia sancta. & 7. q. 3. c. ar taldus. vbi hr̃, ꝙ ista iura, quę exiguntur ante administrationẽ spiritualium, præsumuntur suspecta, & simoniaca. & qđ nu. Hostiẽ. in sum. de simo. §. 3. ver. verũtamen. Cũ prædictis ẽt concordãt Theologi Tho. de Aquino & alij, vt satis hr̃ in sum. fratris Raymundi. & in sum. confess. ti. j. q. 18. & q. 30. & 34. Dicit. n. Host. in d. §. 3. vers. quid de his. & ver. seq. ꝙ licet clericus consueuerit hr̃e lectos vel pannos de moriente, si tñ nõ vult sepelire corpus, nisi fiat sibi certitudo de lecto reddendo, spẽs mali dicitur, & simonia, ergo p tales modos non inducitur consuetudo, ea quo sunt reprobati.

¶ Quartò requiritur, ꝙ illud quod soluitur sit certum arbitrio parochianorum taxatum, non. n. taxari debet per ipsum Abbatem vel sacerdotem, quia illud speciem manifestam exprimit cupiditatis & simoniæ, vt patet in d. c. dilectus. il. ij. in fi. & no. per Host. in d. c. non satis. super ver. requiratur. Sed hic proponitur ꝙ iste Abbas habeat taxare, quod est valde illicitum. Nã per hoc patet, ꝙ nõ offertur gratis, sicut iura volunt, sed ab inuitis exigitur & extorquetur. ff. sol. mat. l. non solum. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. quod tamen iura reprobant. ¶ Quintò videtur requiri, ꝙ totus populus vel maior pars persistat in seruando dictã laudabilẽ consuetudinem, nã tunc poterunt cogi singulares non seruant. s. Sed si totus populus vel maior pars vellet dictam consuetudinẽ immutare, non video quare non possint, quia non magis ligat eos consuetudo, q̃ statutum. Sed statutum non ligat eos, nisi quatenus durat. Nam si volunt, possunt ipsum tollere; quia non possunt sibi legem imponere a qua recedere non liceat. vt l. si quis. in prin. de leg. 3. & tunc non ligabit eos amplius. iuxta no. per Ioan. And. c. j. de his quæ fiunt a maio. par. capi. & de regu. iur. c. j. in mercu. Cum ergo hic maior pars parochianorum velit immutare consuetudinem, credo quòd possit, quia non sunt ad illam seruandã obligati, licet singulares de populo cogi possent illam seruare, si non esset immutata per maiorem partem, & ita intelligo notata in d. c. ad apostolicam. ¶ Sequitur ergo ex prædictis, ꝙ per istã coactã solutionem parochianorum, & ab inuitis exactam non fuit introducta laudabilis consuetudo, quia non ex deuotione fidelium fuit introducta, sed radice auaritiæ. Et ideo nõ põt abbas dicere ꝙ ipse vnq̃ fuerit in possessione istius iuris, cũ ius nũq̃ fuerit in esse formatum. Nã Inn. dicit, ꝙ nõ põt quis esse in posses. iuris, qđ nũdum fuit quęsitum, licet possit esse in pos. actuũ, quia illa quæ nõ sunt, possideri non possunt, vt ipse notat eleganter in c. j. de cau. pos. & proprieta. Ex prædictis etiam patet, ꝙ dicti parochiani potuerunt propria autoritate subtrahere & denegare solutionem dicto abbati, si res ita se habet vt proponitur, quia sic soluendo dabant sibi occasionem peccandi. iuxta no. per Inno. in c. in literis. de restit. spol. Item dictus Abbas, si ageret possessorio, non esset ad dictam perceptionem restituendus per eandem rationem, vt in c. literas. eo. titu. ¶ † Super secundo dubio dico, ꝙ si dicti parochiani nũquàm soluerunt de lana vel caseis, qui fiebant ĩ. parochiam, sed tantum de his qui fiebant in montibus, soluere non tenentur non obstãte dicta compõne. Nam illa debet intelligi fm mentem ipsorum componentiũ, sicut cæteri ꝯtractus. ff. si cert. pet. l. nõ omnis. de act. & obli. l. non solum. ff. deposi. l. j. §. si conuenerit. Sed ex eo quòd nunq̃ soluerunt, nisi pro illis q fiebant in montibus, apparet ꝙ illa fuit intentio componentium, & ꝙ de illis tm̃ componendo intellexerint, quia dicta consuetudo est optima cõpositionis interpres. arg. de usur. l. cum de in rem uerso. & de legi. l. cum de interpretatione. & de consuetu. c. cum dilectus. Nam si hoc est in legibus & statutis vt ibi, idem debet esse in contractibus. arg. ff. de pact. l. non impossibile. quia sicut contractus ꝑficiuntur ex cõuentione singulorum, ita leges & statuta perficiuntur ex conuentione omnium. ff. de legi. l. de quibus. facit quod not. ff. de condit. & demon. l. municipibus. Nam non solum verbis, sed etiam rebus ipsis & factis declaratur voluntas, vt d. l. de quibus. de off. deleg. c. cum super. & ibi no. & de his q̃ fiunt a maiori parte capituli. c. ex ore. de app. c. vt nostrum. Ex hoc ergo ꝙ tm̃ de lana vel caseis extra parochiã factis soluerant, declaratur ꝙ de illis tãtum cõponẽdo senserunt. ¶ Item sicut vltimæ uoluntates, quæ dependent tm̃ ex voluntate vnius, vt no. ff. de aur. & arg. leg. l. inter vestem. ex illius solius consuetudine interpretani. de le. iij. l. nũmis. de vino & tritico leg. l. cum certum. de alimen. leg. l. cum alimenta. Ita cõtractus, qui dependent ex voluntate duorũ, debent interpretari ex cõsuetudine amborum. arg. de leg. j. l. seruum filij. §. cũ qui. & de le. 3. cum qui cyrographũ. ¶ Præterea, licet a principio intellexissent vel actũ esset expressè, ꝙ de oĩbus soluerent, si tñ saltẽ 30. ann. nõ soluerunt de his quæ fiunt intra parochiã, ꝑscripserunt, qa ille q habet ius plenũ, si vtit̃ semipleno p tps legitimũ ad ꝑscribẽdũ, sibi ꝑiudicat, vt nõ possit vti decętero, nisi sicut vsus est. ff. de aqu. plu. ar. l. si prius. in prin. qb. mod. vsusf. amit. l. is qui vsufructũ. de censibus.

[a] Cogi. Adde Bald. in cõs. 58. in 2. pt.

sibus.c.olim.vbi tex.cū gl.facit.l.si qs alia.& l.si cōem.§.2.ff.quēadmo.seru.amit.& qđ not.C.de præscript.30.ann.,l.cū notissimi.§.in his & in Spec.de locato.§.nunc aliqua.uer.42.& de præscrip.ver.qd si cū deberē.& per Io.an.in regula plus sp . in mercurialibus.ubi determinat,ꝙ si una ecclesia solebat ab alia percipere annuatim.20.& per 40.annos stetit,ꝙ nō pcepit nisi. 10. nō pōt de cætero nisi 10.petere, qđ est uerū, si fecit ignoranter credens sibi non plus deberi,secus si sciebat plus sibi deberi,ut d.l.is q. & arg.de agri.& censi.l.cū scimus.§.illo,sed in casu nr̄o præsumēdū est, ꝙ d. Abbas crediderit sibi non dēri uigore dictæ cōpositionis, nisi de his q fiebant in mōtaneis,nisi pbet Ꝯriū.ff.de ꝓ ba.l.uerius.Nā alias credendū est,ꝙ petijsset si plus deberi credidisset.ar.eo.tit.l.cū de indebito.¶Vltimò vr̄ casus.C.de fun,pa.l.fi.§.hoc ēt adijciē do.lib.10.ubi dr̄ ꝙ ille qui per 40.annos non soluit canonē,nec a prin.vnq̄ soluit,nō pōt ulterius inquietari, qa p̄sumitur recepisse fundum dempto canone.p quā cōsuluit Bart. si qs per 30.ann.uel 40. certa tm̄ onera subijt in ciuitate,nō pōt ad alia cōpelli,q̄ ad illa q subijt.arg.ēt in l.2.ff.de iure immuni.& hr̄ in cōsi.suo qđ incipit.cōe Spoleti.¶Super tertio q̄sito utrum d.parochiani cōueniri possint sub iudice delegato sub forma ea q̄ de bonis. Dubiū facit uerbū,de bonis,utrum hoc ius pcipiendi licet esset lītimè q̄sitū, dicerēt in bonis ecclesiæ,cū sit incorporale.Et certe sic.ff.de uer.signi.l.bonorū.& qđ no.ff.đ statu homi.l.j. ¶†Scdō utrū hoc ipo, ꝙ parochiani denegant soluere, dicat hoc ius alienatū, & sic cōprehendat sub forma rescripti, licet per abbatē nulla fuerit facta alienatio. Rn̄det Inno.in c.Epi.de rebus eccle.nō alie. ꝙ sic, quia hoc uerbū sumitur largè, ēt p alienatione possessionis. ff.de alie.iudi. mu.cā fac.l.nō solū.in prin.qđ metus cā.l.si mulier.nec requirit ꝙ alienatio facta sit ab aliqua psona, sed sufficit ꝙ res ecclesiæ sit ita sa,ut p tale rescriptū possit recuperari,ut ibi plenè p eum. ¶Tertio facit dubiū,qa isti parochiani sunt laici, & negāt hoc ius pertinere ad ecclesiam,& sic vīr cōueniēdi sub iudice seculari,de fo.comp.c.si clericus laicum.vbi vr̄ casus. ¶Sed ad primū rn̄deo, ꝙ super bonis ecclesiæ quotidie Papa talia rescripta concedit Ꝯ laicos.ut ibi oot.in gl. Nā cognoscere vtrū hæc consuetudo ualuerit vel nō,pōt iudex secularis cū sit res sp̄ualis.de or.di. cog.c.tuā. & qđ plene no. ff.sol.mat.l.titia.p Bart.c.verò.si clericus,loquit qñ nulla p̄sumptio erat p ecclesia,sed hic erat, qa semel percepit. Et ideo cōcludo sub illo delegato conueniendos,& ipsum cognoscere debere an consuetudo ualeat, pnunciare ꝙ non, ut s̄.patet sub correctione melius sentientis.

¶Casus talis est.

¶Cōitas loci de ripa maura ordinauit, ꝙ p muris ipsius uillæ ędificandis quilibet solueret decimā partem vinorum & uigesimam partem bladorū de terris sitis in territorio ipsius uillæ,de qb' solent contribuere in tallijs regijs, & in quodam rotulo fuerūt descripti hoīes d.loci,& p̄dicta ordinatio.postea quidam D. Ioānes baccalarius in legibus recepit s̄.se factionem dictorū murorum p dictis decimis & uigesimis.& hoc in decem annis.Instr̄o uero sup hoc confecto cauet ꝙ hoīes d.loci & cōsules pmittunt soluere d. D.Ioanni dictā decimā & uigesimā de terris suis loco mercedis, put in d.rotulo continet, cuius tenor postea inseritur in d.instr̄o. Mō.d.D.Ioannes uel eius hæres petit decimā & uigesimā de oib' possessionibus d.ctorū hoīum,ēt sitis extra territoriū; al's nō vult opus facere,& hoc uigore uerborū notarij,q simplr̄ loquit de possessionibus. Hoīs verò dīt se nō teneri nisi de possessionibus sitis Ꝯ.territoriū. Item dictus hæres uellet se libere exonerare de dicto opere,quia dicti cōsules nō faciūt sibi sului . Quæritur quid iuris.

S V M M A R I A.

1 *Verba instrumenti generalia declarantur uerbis specialibus subinde appositis & restringuntur,nec propterea dicitur instrumentum falsum.*

2 *Locatio super opere faciendo ut contrahatur,tria requiruntur res solita locari, persona solita locare operas,merces in pecunia numerata , alias est contractus innominatus.*

3 *Opus si pro parte factum est,licet pœnitere quo ad reliquum.*

4 *Merces si non præstatur propter mortē hominū, an liceat recedere contractu . .*

5 *Contractus si sine stipulatione uallatus,an liceat pœnitere.*

CONSILIVM CCCLXV.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶Viso instr̄o q̄ritur de aliqbus. † Primò, utrum illa gn̄alia uerba notarij , q̄ loquunt indefinitè de possessionibus hominū de ripa maura,restringant per posteriora uerba rotuli in d. instr̄o inserta ad illas tm̄ possessiones, q̄ sunt in territorio d.loci,p quibus cū uniuersitate eiusdē contribuunt in tallijs reg.Rn̄deo sic, qa notarius in præcedentibus uerbis & ubicunq; ipse loquitur in psona sua in d.instr̄o, se refert ad dctm̄ rotulum; ergo s̄m illud debent eius uerba intelligi & limitari.ar.ff.de hære.insti.l.asse toto.ff.de cōdi.& demon.l.si ita scripsero.de leg.1.l.si mihi & tibi.§.in legatis. Præterea uerba indefinitè plata declarant & limitant ex contextu posterioris scripturæ uel prioris.ff.de leg.3.l.nummis.& l.q̄situm.§.1.& ibi no.& l.qsquis. cum gl.fi. Ex hoc patet rn̄sio ad q̄sita in cedula mihi tradita specialiter ad illud,qđ q̄ritur an instr̄m p̄dictū possit redargui de falsitate uel Ꝯrietate. Nā certū est ꝙ nō,qa notarius nullū falsum cōmiserat,sed qđ indefinitè dixerat p insertionē rotuli limitat & declarat,qđ fieri pōt sine uitio falsitatis.facit qđ no.ff.fami. erc.l.& putto.in glosella q̄ dicit,saluo qđ Ꝯ.dicā, & falsum non cōmittit sine dolo,q hic nō fuit.ff.de fal.l. in prin.Nec ēt est sibi Ꝯrius. Na cum quis indefinitā locutionē limitat , nō Ꝯriat sibi,sed seipsum exponit.ff.de testa.l.hr̄des palam.§.sed si notā . & indefinita uel gn̄alis locutio nō falsificat,licet in oībus non uerificet.[a] ff.de leg.3. l.habebat in puincia.in prin. Verum est ergo , quod dixit notarius ꝙ hoīes de ripa maura pmiserunt soluere certā portionē redditum de possessionibus suis,ēt si dixit de oībus,licet re uera nō pmiserint de possessionibus sitis extra territorium , qa illa indefinita & gn̄alis locutio pōt uerificari in sitis territorij,ut d.l. q hēbat. Tūc ergo esset sibi Ꝯrius,si primò dixisset de oībus ēt extra territoriū sitis,& postea de sitis in territoriū tm̄;hæc.n.essent rectè Ꝯria. Sed in casu nr̄o nō sic,sed una scriptura per alteram exponit. ¶Scdō q̄r̄,utrū hr̄des D.Ioannis possint se exonerare ab isto opere faciēdo.Recedendo a Ꝯctu p pœnitentiā. dubiū stat in hoc , utrum iste fuerit Ꝯctus noīatus locationis,quia tunc non liceret. l.sicut.C.de acti.& obli.aut Ꝯctus innoīatus,do ut facias,qa tūc liceret.ff.de cōdi.ob cām.l.si pecuniā.& l.3.§.j. Vr̄ ꝙ fuerit locatio. Na hic ex vna parte fuit pmissum opus , qđ solet locari . ff.locati.l.opus.ex alia parte fuit merces,ut patet in pluribus locis in instr̄o,ergo locatio est.ff.locati.l.2.in prin. ¶Contrarium dico, ꝙ imo fuit Ꝯtractus innoīatus, do ut facias. † Nā ad hoc ut locatio cōtrahat sup opere , tria req̄runt. ¶Primò, ꝙ sit tale opus qđ consueuerit locari.ff.de p̄scrip.uerb.l.naturalis.§.at cum do.puta vt ædifices domum.nam si daret,ut capitolium ascendas uel turrim, ista non pōt esse locatio, cum tale opus nō consueuerit locari, ut d.l.naturalis.§.qđ si tale. ¶Scdō req̄ritur, ꝙ sit persona q̄ consueuerit locare operas suas,ut si daret fabro uel lapicidario ut ædificaret domū, uel nuncio ut iret Romā. Si verò daret uni doctori ut p̄lecta faceret, non posset dici locatio,quia non consueuit ad talia locare operas suas ut no.in l.si pecuniā.de condi.ob cām.per gl.& Bar. ¶Tertiò requiritur, ꝙ fuerit constituta merces in pecunia numerata, puta tu facies tale opus p mille florenis,tunc.n. postquā in pecunia semel constituta est merces , licet p illa pecunia postea darentur redditus certi p̄dij,adhuc locatio dr̄, casus est. ff.locati.l.& hæc distinctio. §.fi. s̄m uerum intellectum qui tangitur in loco . Si verò de pecunia nihil conuenit a principio,sed actū fuit deberes facere tale opus p fructibus talis fundi,tunc talis non esset locatio,sed Ꝯtractus innoīatus do, ut facias,& inde oritur actio præscriptis uerbis, non locati.casus est notabilis.ff.depositi.l.1.§.si quis seruum.uers.qđ si opere.facit l.si conuenerit.ff.cōi diui.& d.l.naturalis.§.at cū do. Per illum ergo uer.qđ si opere.deciditur nr̄a q̄ō , nam hic nō fuit conuentum de aliqua pecunia, sed tm̄ de certa parte redditum , ergo non est locatio,sed cōtractus innominatus. ¶Item D.Ioannes erat baccalarius in legibus , nec consueuit locare operas suas ad murandum , ueruntamen opus bene erat consuetum locari . Sed hoc solum non sufficit deficientibus primis duobus .

3 ¶†Concludo ergo , quòd cum iste fuerit contractus innominatus , do ut facias , locum habet pœnitentia [b] pro eo quod est fiendum , quia ex utraque parte res integra , pro eo uero quod est factum, non, quia quo ad illud contractus est perfectus.

4 ¶†Item ex alio uidetur , quòd possit se exonerare, qui D.Ioanni promissa fuit uigesima uel alia quota portio fructuum & laborum,& dicitur ꝙ magna pars hominum perijt propter mortalitatem , de quo casu non fuit cogitatum a principio, quia de raro contingentibus , ut l. fistulas.§.frumenta . ff . de contrahen . emptio. & ibi nota . Ex quo ergo diminuitur sibi præmium & labor, deberet diuidi.argu.ff.de annuis lega. l.seio amico . in princip. & de conditio .& demonstra. l.plautius. §.item sciuditur . sed labor scindi non posset, quia opus est indiuisibile , ut ad l. falcidiam . l. his qui quadringenta.§.quædam.ergo uidetur a toto onere exonerandus,

[a] ¶Verificet. Adde d.m. Bar.soz. in consi. 25 . incip. qm̄. uers. cōfirmatur ista oṗi. in 2.par. ubi ponit q̄m possibilia non comprehendit.

[b] ¶Pœnitentia. Vide d. Pe. phi. cor.i cōs.2. in cipiē in hac. per totum.1 .parte. & Bal. i cōs.167. in 3. parte & in cō. 348. in l. pte. ubi ponit ꝙ a Ꝯtractu non ē recedendū cum sint contractus noīati.

randus ne grauẽt in debite, nisi vellent sibi supplere, qđ ꝑ defectũ bonorum deficeret. facit l.ex ꝯ ducto.§.vis maior.ff.locati &.c.ꝑ ꝑ ste rilitate.extra eo.ti. in rõne sui. ¶ Itẽ ex alio nõ debẽt dicti hr̃des cogi ad opus, qa sindici nõ seruãt qđ promiserũt; ergo nõ põt petere qđ sibi ꝓmissum est.ff.de action.empt.l.Iulianus.§.offerri.de elec.c.significasti.in fi. † Si verò q̃rit, si dicti hr̃des vellent dictum opus facere, vtrũ possint dictos ꝯsules cogere ad seruãdũ qđ ꝓmiserũt. Rñdeo, cũ sit ꝯtus innominatus, si nõ interuenissent stipũo, hoc petere nõ possent, nisi primò implerẽt ex ꝑte sua opus. vt C. de rerũ ꝑ.nu. l.ex placito. Sed qa stipũo interuenit, vt patet ex verbis instrumenti petere põt. ¶ Et si q̃rit coram quo. Rñdeo, corã superiore dictæ villæ, vel forte corã vicario eiusdẽ, q nõ solũ est iudex inter priuatos, sed inter cõitatẽ & priuatũ, per tex. cum gl. no. C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. ij.

¶ Casus talis est.

¶ Inter cætera cauet in cõpositione siue sñia arbitrali ecclesię cathedralis ꝑ metropolitanũ à cẽtũ decẽ annis citra facta per epm, suosq; p̃decessores, & ꝑ capitulũ iurata & emologata sup collatione archidiaconat' ecclesię p̃dictæ, dũ vacat, vt seq̃tur. ¶ Imprimis ordinamus statuimus volumus in ꝑpetuũ obseruari, q ad epm solũ ꝑtineat sine ꝯsẽsu capituli plena collatio archidiaconat' eiusdẽ ecclesię, canonico tñ dictæ ecclesiæ duntaxat nõ cuiq̃ alteri facienda. ¶ Itẽ cauet in alio ipsius ecclesiæ statuto ꝑ capitulũ iurato & ꝑ apostolicã sedẽ ꝯfirmato, vt seq̃tur. ¶ Statuimus & ẽt ordinamus certũ canonicorũ numerũ in dicta ecclesia ꝑpetuò, firmiter, & inuiolabiliter obseruandũ, videlicet. xx. canonicorũ, & non vltra, sex canonicis ꝑsonatus seu dignitates vel officia in eadẽ ecclesia habẽtibus, videlicet p̃posito, præcẽtore, sacrista, vicario, archipresbytero, in dicto numero cõputatis, & inclusis. ¶ Cõtingit aũt q vacãte archidiaconatu p̃dicto eps cõtulit eundẽ non canonico ipsius ecclesię, sed alteri penitus extraneo, post cuius collationẽ capl̃m certificatũ deñ epm ꝯtulisse incapaci & ꝯ statuta & libertates ipsius ecclesiæ, iure sibi deuoluto ꝯtulit canonico p̃bẽdato ecclesię, p̃dictæ sine alia declaratiõe vnanimi ꝯsensu atq; pari possessionẽ tradẽdo ꝑ stallũ certũ & cõsuetũ in choro & locũ in capl̃o, a qua collationẽ epa appellauit ĩ. tẽpus iuris. ¶ Primò q̃rit, nunqd collatio ꝑ epm nõ canonico facta valeat. ¶ Itẽ si nõ valeat, an sit nulla ipso iure, vł annullãda. ¶ Itẽ si nõ valeat, an iure deuoluto poterit capitulũ canonico p̃bẽdato dictũ archidiaconatũ cõferre, nõ expectatis sex mensibus sine alia declaratione. ¶ Itẽ si nõ valeat, an eps ecclesię sit audiendus p̃dictis nõ obstantibus, si vellet ĩ. semestre variare, & canonico cõferre. ¶ Itẽ an canonico nõ p̃bẽdato, sed expectatiuo archidiaconatus p̃dictus posset cõferri ꝑ aliũ, q̃ ꝑ Papã. ¶ Item an hoc casu ista duo nõ cõferre uel cõferre non canonico æquiparentur, ad hoc ut capitulum saltem semestri possit iterato conferre, non obstante ipsius capituli prima collatione.

S V M M A R I A.

1 *Conuentio inter capitulum & episcopũ, ut ipse solus cõferat aliquã dignitatẽ uni ex canonicis, ligat eum ne possit extraneo conferre, & si secus fiat, irritatur.*

2 *Eps q nulliter cõtulit primo, põt secundo loco conferre non declarata nullitate primæ collationis, si adhuc sit intra tempus legitimum sex mensium.*

Episcopus ut priuetur potestate conferendi, quot requirãtur.

3 *Canonico si dignitas sit cõferenda, an possit conferri canonico qui habet expectatiuam in ecclesia.*

CONSILIVM CCCLXVI.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Super primo & scđo dubio videret primò dicendũ, q collatio istius archidiaconatus facta per Epm non canonico ualeat, & teneat tali rõne. Nam postq̃ ad ipsum Epm solum pertinebat ipsa collatio, licèt ẽt debuisset uni canonico d. ecclesiæ cõferri, tñ de iure cõi nõ arctabat ad hoc, sed poterat cõferre ẽt extraneo, ut no. in c. cũ inter canonicos. de elec. in gl. hic sumit. circa fi. in talibus. n. nõ est exceptio ꝑsonarũ, sed undecunq; ueniant admittunẽ, dũmõ sint honestæ uitæ & morib', ut in c. venerabilis. de p̃bẽ. Et si tu dicas, q Eps arctabat ad cõferendũ canonico, & nõ alteri ꝑ cõpositionẽ & transactionẽ factam cũ capitulo, non vr̃ hoc ualere, qa illa cõpositio nõ potuit sibi ligare manus ultra q̃ uellet, & licet bene faceret ipsam seruare, si tñ non seruat, nõ vr̃ ꝑ hoc collatio nulla, aut. n. attendemus nisi pacti, & illa nõ põt ipsum impedire uti iure suo, ut ff. de pact. l. nemo. ubi ꝑ pactum non possum mihi auferre p̃tãtem vendendi rem meam cuicunq; uoluero. & ff. de acti. obli. l. si ita qs. §. ea lege. & C. de cõdi. ob cau. l. ea. l. & ibi plenè no. itẽ facis, qa licet canonici iurent nõ recipere aliquem ultra numerũ, si tñ recipiunt, ualet receptio, licet incurrant periuriũ, & idẽ si iurauit nõ uendere rẽ suã, & postea vẽdat, qa tenet vẽditio, ut no. in c. dilecto. de p̃ben. per Inn. & gl. in c. ꝓ illorũ. eo. lib. Aut tu cõsideras arbitralẽ sñiam dictæ cõpositionis, & idẽ, qa arbitriũ sumit uires a pacto, & iõ nõ põt plus q̃ pactum, l. non distinguemus. §. nunc de officio. de arbi. & C. eod. tit. l. i. & no. ꝑ Inn. de testa. c. raynutius. & ꝑ Bar. de leg. i. l. filiusfami. §. diui. q dñt, q per sñiam arbi. nõ põt qs impediri transferre dñiũ rei suæ in quẽcunq;, sicut nec ꝑ pactũ; iõ nec iste eps potuit impediri cõferre cuicunq; uoluerit, postq̃ ius cõferendi hẽbat per dictã cõpositionem, licet male faceret eã non seruare, & ex hoc incurreret periurium. Iste rões vrgẽt, tñ in ꝯtrium vr̃ veritas. Nã de iure cõi Eps solus nõ hẽbat p̃tãtem cõferendi, sed vnà cum capitulo, ut no. in c. cũ ecclesia uulterana. de elec. & in c. postulasti. de cõces. p̃ben. Illam aũt p̃tãtem, q solus conferat, habet a d. cõpositione. Mõ sic, aut ipse cõtulit ex iure cõi, & nõ potuit solus cõferre, ut dcm̃ est, aut ex iure dictæ compositionis, & non potuit cõferre nõ canonico, qa nõ põt dictam cõpositionem approbare ꝓ parte, si & inquisum confert ius cõferendi sibi soli, & ꝓ parte reprobare. s. ut conferat canonico, imo debet aut totã approbare, aut totã reprobare. ut ff. de ope. libe. l. si ita stipũo. in fin. de bo. libe. l. nã absurdum. & de admin. tuto. l. cũ q̃ritur. nullo ergo iure subsistit collatio. ¶ Præterea capl̃m cõsentiendo per compositionem, q solus Eps conferret, transferebant in ipsum ius qđ habebant cõferendi vnà cũ ipso. vñ licuit eis apponere cõditionem quã uolebant. ff. de pac. l. in traditionibus. & qđ factũ est in ꝯtrium nõ ualet, sicut in illo q recipit rem de manu hæredis sub conditione ne alienet, nõ. n. põt alienare, postq̃ de manu alterius sub tali cõdõne recẽpit. ff. de cõdi. & demon. l. tuo centũ. in prin. & no. ꝑ Bar. in d. §. di ui. in ꝯ alleg. ff. de lega. i. cũ prohibitio non est gñalis, sed respicit tm̃ certas personas, ualet & impedit actũ. ff. de leg. 2. l. codicillis. §. matre. de condi. & demon. l. cũ ita legatũ. ubi hr̃, q licèt gñalis ꝓhibitio de nõ nubẽdo, non ualet, si tñ ꝓhibetur q non nubat nisi tali, ualet, si põt sibi nubere licitè. Sed in casu nostro ꝓhibetur non cõferre extraneis, sed canonicis tm̃; si ergo reperiebatur aliquis canonicus dignus, non debebat conferri extraneo, hæc aũt prohibitio est iusta & rõnabilis, quia quonsq; reperitur aliquis idoneus in ecclesia, non debet eligi extra ecclesiam. 61. dist. c. nullus. & c. obitum. 85. dist. c. archidiaconum florentinum. Item ista prohibitio est facta in fauorem canonicorum, ergo ualet, & impedit collationem extraneo fiendam; sicut prohibitio facta in fauorem familiæ ualet, & impedit alienationem extraneo fiendam. ff. de leg. 2. l. cum pr̃. §. libertis. C. de fideicommis. l. uoluntas. cũ si. Nec ob. l. si ita quis. §. ea lege. cũ simi. quia subueniebatur parti paciscenti, quia poterat agere ad interesse, si alienabatur ꝯ ꝓhibitionem, ideo sustinet alienatiõ. Sed in casu nr̃o si ualeret ista collatio, non subueniretur capitulo in aliquo, quia non possent agere ad interesse, cum isti actus sacri non recipiant æstimationem, & ideo subuenitur ne actus ualeat, ne remaneãt frustrati de dicta compositione. ar. ff. de eo per quem
2 factum est. l. fi. & C. si man. ita fu. alie. l. ea quidem. ¶ † Ad tertium quæsitum rñdeo, q Eps non fuit priuatus iure conferendi; quia licèt ille, cui contulit, non sit capax; non tñ est indignus ea dignitate, q̃ faciat eum priuari. Quatuor enim sunt casus, in quibus Eps si cõferret indigno, perdit potestatem conferendi, qui hñr in c. cũ in cunctis. de elec. extra illos uero casus non priuatur, licèt collatio sit nulla, ut habetur per Ioan. an. in c. hodie. de reg. iur. in mercurialibus. ¶ Ex quo patet responsum ad quartum; quia postquã non ualuit collatio, potest Eps, si est infra ips iuris, conferre cuã non expectato q prima collatio declaretur nulla; quia non p̃stat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. de reg. iur. non præstas. facit quod hr̃ de elec. c. nosti. per glo. & c. considerauimus. & c. per inquisitionem. de re iudi. cum Bertoldus. per Inn. ¶ Per hoc rñdetur ad ultimum quæsitum, cum possit alicui conferre, si non faciat, currit sibi tempus sex mensium, etiam non declarata prima collatione nulla, regulariter enim ualẽti aliquid agere, & non agenti, currit tempus, ut in c. fi. de elec. & paria sunt Episcopum contulisse non legitimè, uel nullo modo contulisse. 19. q. 1. c. pudenda. 22. q. 2. c. faciet homo. de iurepatro. c. q autem. de reg. iur. c. qui ex timore. in antiquis. & c. quæ ꝯ ius. lib. 6. & ff. qui satisda. cog. l. quotiens uitiose. Sed si non contulisset, cucurrisset tempus. de conces. præben. c. nulla. ergo & nunc. Et ad prædicta facit. c. si electio. de elect. lib. 6. vbi dicitur, q quando propter occultũ uitium cassatur electio, currit tempus a die cassationis; ergo si

erat

erat manifestū vitiū, nec ꝯferens erat priuatus ptāte ꝯferendi, vt in casu aᵗo, dēt currere ab ipso initio, q̃ a ꝑrio sensu illius. lſæ. In casu verò nō poterat esse nisi manifestū, q̃ ēpūs sciebat & scit cōpositio nem, & ēt illū non esse canonicū, lapsis ergo 6. mensibus à die vacationis & notitiæ deuoluet ptās ꝯferendi ad cap. in pnegligentiā eius, vt d.c. nulla. ¶ † Ad id verò, qđ qrit, vtrū possit ꝯferri canonico expectatiuo non pbendato. Vr dicendū q̃ si fuerit receptus & in stallatus in capīo & assignatus sibi locus in choro p se vel p pcuratorē, q̃ possit sibi conferri; q̃a oībus hī p canonico ēt quo ad quotidianas distributiones, vt no. p Inn. de const. c. cum M. Ferra. Iɜ Io. An. dicit in c. dilectus. de pb. q̃ illud de quotidianis distributionibus est verū, qñ est receptus voluntariē, secus si ex mandato papæ. Si verò non sit receptus nec installatus, secus vr, q̃ cū careat possessione canonicatus, caret ēt commodo. commoda. n. ex possessione perueniunt, vt Insti. de interdictis. §. commodum. & ff. si seruitus uen. l. sicuti. § sed si quæratur. ff. de acq. pos. l. exitus cōtrouersiæ. de iurepa. c. cōsultationibus. & de cle. c. querelam.

S V M M A R I A.

1 *Mulier nubens infra annum post mortem primi mariti an incurrat pœnas. l. 1. C. de secun. nup.*

Lex 1. C. de se. nu. nup. an sit per aut. correcta per c. pe. & fi. extra eo. ti.

2 *Mater si substituatur filiæ pup illariter, & similiter matri substituatur ab nepos se, ad nepotem bis casibus subst. in omnem hæredes matris deferuntur primo legatum filiæ, & in alijs duabus partibus restituendis nepoti trebellianicam.*

3 *Substitutus potest cogere hæredem facere inuentarium nosso ex. post. quando hæres vegetus restituere saluæ reuæ... et ... ab onere conficiendi inuentarium.*

CONSILIVM CCCLXVII.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Sup primo puncto videretur dicendum q̃ l. j. C. de secun. nup. non corrigatur per canonem, nisi quo ad pœnam infamiæ, quia de illa sola fit mentio in c. pe. & fi. extra e. ti. ergo non debet ad alios casus extendi. C. de tella. l. sancimus. de app. l. præcipimus. & C. de secun. nup. l. si vero. §. de viro. & quod nn. C. de sa. san. ec. auth. quas actiones. & in c. cū expediat. de ele. li. 6. & hoc tenent legistæ. Contrarium tenent canonistæ, quod credo verius, q̃ sit correcta quo ad oēs pœnas. Nā oēs illæ pœnæ procedunt ex una radice & origine. s. quia phibitū erat mulieri j. annum luctus ad secunda uota transire. Sed ista radix & origo est ablata per dictum apostoli, mortuo uiro nubat in dño. & per dictum c. pe. & fi. ergo & oēs pœnæ, quæ pcedunt ab illa. quouens. n. plura ex una radice nascuntur, sublata radice consequens est vt oīa tollantur. C. de nup. l. si, in fi. ar. ff. quod ui aut clam. l. nā origo. & sublato fundamento tolluntur oīa quæ ab ipso dependēt. ar. ff. de exce. rei in iu. l. egi. & quod no. C. de inta. l. & si seuerior. Nec ob. q̃ de infamia fit tm mentio in dictis cap. nam rō quare tollitur infamia, gñalis est, & quadrat ēt quo ad alias pœnas; ergo dēt idem operari, cum rō diuersitatis reddi non potest. ff. de iniusto test. l. 3. §. non dius, de fonte. l. j. ad l. aqui. l. illud. Nec debent d. pœnæ diuerso iure censeri, cū a ex eodem iure & eadem rōne sint introductæ. ff. de vsu. l. cum qui ædes. Præterea lȝ conditor canonis exprimat unum casum, s. de infamia, tñ oēs alios expressisse vr, in quib' potest procedere rō q̃ principaliter considerauit, vt pȝ in testatore qui uolens relinquere filiolam, itaut sibi acquiratur, expressit condōnem in reliquendo, si fuerit per patrem emancipatus; certe lȝ non emancipetur, si tñ post mortem patris efficiatur sui iuris, relictum consequitur, quia exprimendo casum emancipationis consi derauit principaliter, q̃ efficeretur sui iuris; & ideo vr oēs similes casus expressisse, per quos sui iuris efficitur. ff. ad tre. l. mulier. & in condō formaliter non est adimplenda. de cond. & dem. l. meuius. & l. qui hæredi. Idem in uulgari substōne si exprimat unum casum, per quem desinat esse hæres, oēs similes vr expressisse, quia intentio testatoris fuit gñalis, ne remaneat intestatus. ff. de liber. & posth. l. gallus. §. & quid si tm. C. de hær. inst. & l. cum proponas. lȝ ergo conditor expresserit infamiam, tñ quia rō fuit, quare tollebat infamiam, erat quia sublata ēt phibō p capīm, ne j. annum nubat, q̃ rō est gñalis quo ad alias pœnas; ideo idem de alijs pœnis statuisse vr. Nam & in curis eptionibus legum interdum & per similitudinem rōnis fit extensio. C. de fur. l. si quis seruo. & ibi no. ¶ Itē non ob. q̃ pœna perditionis eorum, quæ a primo marito sunt relicta, sit introducta pp iniuriā factam primo marito. nam hodie per dictos canones & dictum apostoli nulla fit sibi iniuria, postq̃ sibi dāt licentiam nubendi; quia in ptāte legit uel canonis est tacere, q̃ aliqua actus non dicatur iniuriosus. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. si qs de honoribus. lȝ ergo lex reputet illum actum iniuriosum, ex quo tñ canon nō. C. de sa. san. ec. l. priuilegia. & auth. cassa. & quod ibi no. maxime quia cā matrimonialis est spūalis. de iud. c. dispendiosam. in cle. & in spūalibus sp canones uincunt legem, ª ut not. in c. 2. de reg. iu. li. 6. & ibi gl. ponit exemplum de d. c. pe. & fi. de secun. nup. & hanc opi. tenent Ian. Ho. & Io. An. quam credo ipsam ueritatē, quicquid alij legistæ subtilizauerunt, quæ subtilitates respuendæ sunt. ff. qui. mo. uel hyp. sol. l. sicut. §. si debitori. ff. de uerbo. ob. l. si seruum. §. sequitur. ¶ † Super secundo dubio dico substōnem factam de matre fore pupillarem, si filia decessit j. pupillarem ætatem, vt in c. si pr. de resta. li. 6. Illam verò, quæ facta fuit matri post mortem suam, fore fideicommissariam. ff. de le. 2. l. titia. in §. fin. Ex quo sequitur, q̃ post mortē matris qñ erit locus substōni factæ de nepote, detrahentur duæ quartæ per hæredem matris. s. legitima quæ est tertia pars ex persona d. filiæ. Nam in illa legitima nō fuit mater grauata, nec potuit, sicut nec ipsa filia. de uul. & pup. l. cohæredi. §. cum filiæ. nisi esset j. tps pupillaris ætatis filię. ff. de lega. 1. l. quod fideicommissum. & quæ per Dy. tenuit ergo fideicommissum in duabus partibus hæreditatis, & de illis duabus retinebunt hæredes matris quartam trebellianicam, & sic habebunt dimidiam omniū bonorum, residuum deueniet ad nepotem substitutum, si supereu aut matri, alias non. ff. de rond. & dem. l. hæres meus, in princ.

3 ¶ † Ad ultimum rñdeo, q̃ lȝ ista mater sit releuata a confectione inuentarij per testatorem, si tñ nepos substitutus petit bona descri bi suis expensis ne perdantur & dissipentur, audiendus est, q̃ hoc sibi prodest, & nulli nocet, ergo non potest per matrem prohiberi. ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. item nam & probatur. ff. de uen. in poss. mittendo. l. j. §. pe. & no. C. de iure fisci. l. facultas. li. 10. per And. de Barulo & Bar. Fit. n. talis descriptio gratia facilioris probationis & minuendarum litium, ergo &c. de agri. & cen. l. litibus. Hoc autem fiet per iudicem loci, ubi est maior pars hæreditatis, ar. ff. de uul. l. si fideicommissum. & C. ubi in rem act. l. fi.

¶ Casus talis est.

¶ Quidam Bernardus donauit Bernardo iuueni cā mortis certa bona, inter quæ donauit quendam censum hoc acto, q̃ d. Bernardus donatarius teneatur singulis annis de dicto censu, qui ualebat centum, dare x. conuentui fratrum carmelitarum. Item fuit actum q̃ si d. donatarius decederet sine liberis, bona donata reuerterētur ad donatorem uel eius hæredes, & idem si liberi decederent sine liberis. Decessit donatarius cum liberis hæredibus institutis, & si si ne liberis decederet quosdam alios substituit, accidit q̃ d. liberi sine liberis decesserūt, & sic fuit locus substōni. Item purificata fuit condō in donōne apposita, q̃ bona rediretur ad donatorem & eius hæredes. substituti dictorum liberorum possident censum, contra quos hæredes donatoris mouerunt litem, dicentes ad eos esse censum reuersum. religiosi nihilominus petere nolunt pensionem. Quæritur an possint ab hæredibus donatoris uel donatarij, qui p fideicommissum habent eius bona, d. pensionem petere. ¶ Itē vtrū liberi d. donatarij post eius mortem ad d. pensionem tenerentur.

S V M M A R I A.

1 *Legatum cum onere si fiat caducum, accrescit cum onere, si inceptum ualere & de non deficeat, reuertitur sine onere.*

2 *Ius tertio potest allegari, quando est exclusiuum iuris agentis ipso iure. & aduersus diuersas personas licet uariare.*

3 *Donator si impositum grauamen donatario nominatim de præstandis decem annuis, ... successores ad ea x. præstanda tenentur.*

CONSILIVM CCCLXVIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Super eo, quod quæritur, vtrum hæredes donatoris, ad quos reuersus est census uigore condōnis appositæ in donōne, teneantur fratribus carmelitis ad annuam pensionē, ad q̃ tenebatur donatarius. Videretur dicendum q̃

1 sic, † quia relictum alteri factum deficiens reuertitur ad hæredes cum onere. ff. de vsufr. le. l. si ab eo. & plene no. de le. 2. l. codicillis. in prin. Sed contrarium est verum. Nam illud, quod dictum est, p̃cedit qñ illud quod alicui fuit relictum cum onere, efficitur caducum, ita q̃ in eius persona non habuit subsistentiam, si verò semel subsistentiam habuit & incepit iam soluere, quod debebat, postea verò relictum sibi factum finitur, ēt onus iniunctum finitur, & redit ad hæredem sine onere. ff. de an. le. l. titia. in prin. & de alim. le. l. stichus. §. titia. in quibus est casus de ista q. per quas leges ēt probatur, q̃ hæredes donatarij ad d. pensionem non tenentur, postq̃ census ad hæredes donatoris reuertitur. ¶ Sed hic incidit qō, cum hæredes donatarij adhuc possideant d. censum ac si ad hæredes dona

ª ¶ Legē. Adde Bal. ib 9 fi. 46. 1 2. par. & Cor. l. 2 fi. 17. in c. ei. in pā ti. i pri. & in 2ſ. 148. ici. vī. i psi. in 3. pc. & in 2ſ. 35 inci. sp nu. 5. ... e p vbi dicit q̃ ius can. licat iue ciuile in rerū um petij.

2 ¶ † Secundò videndum est, vtrum dicta actio & persecutio sublata fuerit per compōnem & concordiam postea factam inter cōitatem Ian.& cōitatem Venetiarum occasione dictæ pdationis seu piraticæ. Et hic dico, q non, quia dicta concordia uel compositio soli cōitati Ian.pīudicare potuit; non āt d.dño Gubernatori. ff. de pac.l.si unus.in prin.& §. si ante oīa. sicut nec remissio filii nocet patri, ēt super iniuria commissa in personam filii.co. ti.l. in personam.in prin.no.de iniuriis.l.sed si unus.§.filio.in gl.quæ incipit secus.¶ Prętere a narratur in puncto, q procur.seu sindici, qui dictā compōnem fecerunt, expresse protestati fuerunt ante dictam compōnem in ea & post eam, q ipsam non faciebant nomine d. dñi Gubernatoris, & ipsius priuato nomine, uel ēt Regis Franciæ a quib⁹ non habebant mandatum, sed tm̄ noīe cōitatis Ian. igitur per hoc ius d. D.Gubernatoris saluum & illæsum remansit, ēt si ab eo mādatum habuissent. Nam per protestationem prædictam ēt ius aliquod cōitatis Ianuę conseruare potuissent.ff.qui.mo.pi.uel uel hypo.sol.l.si debitor.§.1.de li.exhi.l.3.§.pen.de aqua quoti.& æsti.l. pe.ibi.sine præiudicio &c.ff.de test.tut.l.idem fiet.ibi. sine ullo litis præiudicio &c.C.de agri.& censi.l. litibus.§.hmōi. de bonis li. l.si pater exheredato.ff.de reli.& sump.fu.l.at si quis.§. interdum. in fi.¶ Nec ob. q in instrō syndicatus d.dñs Gubernator nominatur & autoritatem præstitit, quia uerum est tanquam gubernator & gubernatorio nomine per quod nil super iure suo fecisse uel cōsensisse vr̄.Sed solum super iure cōitatis Ian.ar.optimum.ff. de offi. eius cui man.est iurisd.l.& si prætor. Nam cum procurator uel administrator aliquid facit administratorio nomine, totum negotiū alienum dr̄.s.eius cuius nomine administrat, nil autem de iure suo vr̄ immiscere, hinc est, q nec tunc de suo proprio dolo, si opponitur, quod esset si ius suum deduxisse uideretur.ff.de doli exce. l. si procurator.ubi prædicta benè probantur.

3 ¶ † Tertiò uidendū est, ꝯ quem competat sibi ista actio seu persecutio. Et quidem ꝯ ipsum Karolum Geno principalem inuasorem non est dubium quod cōpetit, ēt si habuisset expressum mandatum ad illud committendū, quia per hoc non excusaretur.ff.de act.& obli.l.seruus non in omnibus.ff.de ui & ui.ar.l.j.§.quotiens.ff.quod ui aut clam.l. deniq;. §.fi. ff.de iniu.l.non solum.§.si mandato.C.de accu.l.non ideo minus.Sed dubitatur de ipsa cōitate Venetiarum, vtrum ad restōnem teneatur suo proprio nomine. Et certe ēt facto præsupponitur, q d.D.Karolus Geno erat capitaneus Venetorum, & erat deputatus super gubernatione galearum sibi commissarium. Ex quo dico q ex delicto per ipsum commisso cum d.galeis tenetur cōitas Venetorum seu proprio noīe. Nam ex maleficio officialium commisso super eo ad quod deputati sunt seu in officio eis commissio tenetur dñs suo pprio noīe.ff.de pub.l.j.§.familiæ.& ibi no.per glo. & doc.furti aduersus nau.l.j.uer.ita ut in ptāte &c.ff.nau.cau. sta. l.fi.ac ēt facit.l.uideamus.in prin.ff.loc.de iud.l.non alias.§. j. Præterea ex delicto commisso per subditum dño sciente & phibere ualente tenetur dñs suo noīe & ex sua ppria persona. ff.de noxa.l.j. 3.& 4.in prin.& §.cum dñs.ff.si familia fur.fecisse dica.l.j.§.j.ff. de dam.inf.l.fluminū.§.q̄q̄.ff.loc.l.si fundus.§.fi.Sed hic, licet cōitas Venetiarum a prin.nesciuerit rapinam per d.Karolū eis subditū commissam, sciuit tñ ex post facto, cum d. D. Karolus res ablatas detulit Venetias, & potuit phibere.s.mandando eidem q dictas res remitteret ad illos quibus abstulit, & non fecit, imo ratificauit & approbauit, vt ēt facto psupponitur, igr̄ tenetur, quia non refert vtrū sciuerint & passi fuerint a prin.uel ex postfacto.ff. de aqua plu. ar. l.si āt plures.§.1.facit.C.de commerc.& merca.l.2. ¶ Præterea ex delicto commisso in territorio alicuius dñi ēt per non subditū dñs sciens & phibere ualens, tenetur ēt ipse.ff.de incend.rui.nauf.l.nec quid.& ibi per gl.& doc.C.de fal.mo.l.j.Sed hic ista pdatio licet prima licet fuisset commissa in mari, & extra districtū Venetorū, tñ iterum postea commissa vr̄ in territorio eorum, saltē quo ad simplex furtū. Cum res pdatæ fuerint Venetias portatæ & ꝯtrectatæ, & sic mutatione territorij secuta noua ꝯtrectatione nouum furtum commissum vr̄, iuxta ea q̄ no.ff.de fur.l. diuum.per Bart. ad quod inducitur.ff. de lib.ho.l.qui furem.& hoc ipsis venetis scientibus & phibere ualentibus, igitur &c.¶ Prętere a ex delicto commisso per subditos tenetur ciuitas seu dñs contracte si ad eos peruenit. ff. de vi & vi ar. l.si vi me.& l.j.§.si filius.cum seq.Sed hic ad dictos venetos peruenerunt dictæ res ablatæ, quia dr̄ q eisdem fuerunt assignatæ.ff. de hære.vel act.ven.l.2.§.peruenisse. Et gñaliter oīs ille, ad quem res ablatæ scienter peruenerunt, conueniri potest ad restōnem. extra de rest.spo.c.sæpe.de iud.c.quia gu. ¶ Præterea receptans furem vel latronem sicut ipse fur tenetur.C.de fur.l.eos.ff. de incen. rui. l.3.§.non tm̄. Ex quibus concludo non solum d.Karolum Geno, sed ipsa cōitas suo proprio nomine teneri.

4 ¶ † Quartò videndum est, vtrum prefatus dñs locumtenens regius & gubernator Ianuæ poterit de iure capere sua propria autoritate dictam nauim Venetorum, & sic ipsi sibi ius dicere pro d.damnis ab eo receptis. Et hic dico, q si illa nauis & res ibidem existentes essent vel fuissent dictæ cōitatis venetorum, & ad ipsam cōitatem pertinuissent, tanq̄ bona vniuersitatis non singulorum; nō vr̄ dubium quominus potuerit. Nam vt s.probatum est, ipsa cōitas tenetur ad restōnem ablatorū d.dño locumtenenti.Item notorium est, q dicta cōitas non recognoscit superiorem, coram quo potuerit d.dñs locumtenens consequi iustitiam suam de ipsa, siue de iure siue de facto non recognoscat. iuxta ea quæ no.in l.hostes.ff.de cap.per Bar. C. de anno. & tribu.l. mediterraneæ.& l.pro locis.Igitur licuit eidem dño sibi ius dicere, & propria autoritate capere rem sui debitoris seu debitores.C.de iud.l.nullus.ff.quod ui aut clam.l. si alius. §. bellis &c. & quod utrobiq; no.alias.n.ius d.dñi perisset, quod lex non patit. ff.q in fra.cre.l.ait ptor.§.si debitorem.& quod no.ff.de pi.l. quæsitum.¶ Præterea cum non subsit magistratus, qui ius reddat de ipsa ciuitate vel cōitate, perinde hr̄ quo ad ipsam, ac si iura edita non fuissent.ff.de orig.iu.l.2.§.post originem. Et sic sumus in institutis iurisgentium, quo vim vi propulsare licet, non solum a principio, sed ex interuallo, & non solum per tuitionem personæ, sed etiam rerum.ff.de iust.& iu.l.vt vim.C.vnde vi.l.j.ad l.aqui.l.4.§.j. cum l. seq.dummodo non ad vindictam.eo.tit.sciam. §. qui cum alter. Nam illo iure magistratus non erant creati, & oīa manu regia & militari exercebantur.de ori.iu.l.2.in prin.& etiam propria autoritate vbi cessabant auxilia brachij seu manus regiæ. Igitur in casu nostro, cum ius sibi dicere potuerit, litigare non habuit.ff.de tut. l.serui & filij.in prin.nec fuit necessarium dictam cōitatem ad hoc requiri, nisi de honestate, vt satisfaciant.ff.de ser.vrb.præd.l. quidam hiberus.sicut nec habet necesse quis debitorem suum requirere, qñ vult eum conuenire, imo interpellatione nō præcedente potest.iuxta ea quæ no.in l.in hac.ff.de triti.ff.si cer.peta.l.vinum.factum autem proprium succedit hic loco iudicialis ꝯuētionis, quæ fieri non potest, igr̄ &c.ff.si quis cau.l.eum qui.§.iniuriarum.Si verò dicta nauis cum rebus sibi existentibus non erat ipsius cōitatis, sed singularis personæ, vr̄ magis dubiū. Nam aut ēt cepit pro debito seu oblōne ipsius cōitatis, & non vr̄ potuisse.ff.quod cuius. vni. uo.l.sicut.§.1.& quod no.per glo.C.quæ sit longa consue.l.2. aut pro debito seu obligatione Karoli Geno, de quibus ambabus.s̄.dixi in 3.quæsito.& idem.C ne fi.pro pa.& C.ne uxor pro mari. per totum.cū autēticis ibi positis.C.de ac.& ob.l.ob æs.cū auth. ibi posita.

5 † Nā tunc ista captura in ambobus casibus diceretur pignoratio seu represaliæ, q̄ pmissæ non sunt.in Auth.vt pi.non fiant. & de iniu.& dam.da.c.j.li.6.nisi duobus concurrentibus.s. quod requisitus fuerit superior ipsius debentis, q faciat iustitiā, & non fecerit, quo casu pp delictum talis superioris negligentis iustitiam facere,

tere, pñt capi subditi ipsius superioris negligentis: Secundò ꝗ autoritas superioris ipsius exercẽtis represalias interuenerit. 23. q. 2. c. dñs nr. & c. 1. Sed hic neutrũ istorũ interuenit, de primo ostẽdit. Nã si cepit dictã nauim pro obligatione dictæ cõitatis, certũ est ꝗ nullus superior dictæ cõitatis fuit requisitus, vt de ipsa faceret iustitiã, cũ nullus sit, & sic non põt dici, ꝗ in defectũ nõ ministrantis iustitiã fuerit licitũ. Aut cepit pro obligatione Caroli geno, & sic idẽ, qa cõitas Venetiarũ, q̃ est eius superior, fuit requisita, vt faceret iustitiam de dicto Carolo per Ambasiatores cõis Ianuæ vice & noĩe cõitatis Ian. non dicti dñi gubernatoris suo proprio nomine. ¶ His nõ obstantibus ꝯrium vr̃ de iure dicendũ. s. ꝗ pro vtraq; capere potuerit, quod ostẽdit. Et primò, ꝗ pro obligatione cõis Venetiarũ, certũ est ꝗ dicta cõitas est obligata ad restitutionẽ ablatorũ. Itẽ certũ est, ꝗ res & nauis dictæ cõitatis capi licitè potuisset, cũ nullus sit superior qui de ipsa iustitia ministret, vt. s̃. hoc codẽ quæsito quarto dictũ est. igit̃ & singulares psonæ ipsius cõitatis, & etiã bonorũ ipsorũ, qa censent̃ esse res dictæ cõitatis hoc casu, qđ probat̃. Certũ est, ꝗ dicta cõitas habet ius tã in psonis sibi subditis, q̃ i bonis ipsarũ. ff. ad muni. l. de iure. & qđ no. i l. j. §. p hãc. ff. de rei ven. de pciui. credi. l. Antiochensiũ. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. 1. in gl. sup verbo ciuitatis. & in §. viã publicã. in gl. super verbo publica udi. facit. l. venditoc. §. si cõstat. cõia prædi. igit̃ dictæ personæ subditæ, & bona ipsarũ capi pñt in subsidiũ pro debito cõitatis, qa nõ dr̃ capi alius pro alio, vel bona vnius pro obligatione alterius, imo res cõitatis pro ipsa cõitate. pro hoc tex. cũ gl. ff. de acq. hæt. l. pro hærede. §. Papi. in fi. gl. magnę. & ibi no. per Bar. vnde sicut res, quæ verè fuissent dictæ cõitatis, potuissent capi. vt. s̃. dictũ est. ita & istæ q̃ hoc casu necessitatis censentur. Nec ob. l. sicut. ff. qđ cuiusq; vniuer. no. & q ĩ not. in l. 2. C. q̃ sit longa cõsuetudo. qa verũ est, ꝗ pro debito vniuersitatis nõ pñt capi res singulorũ, qñ ꝯ ipsam cõitatẽ põt esse prouisum vel cõsultũ, & sup cõi dictæ ciuitatis, vt l. j. §. j. qđ cuiusq; vni. als in subsidiũ deuenit̃ ẽt ad personas illi subditas. vt no. in d. §. quid tñ. ¶ Præterea posito ꝗ ista cessarẽt, & ꝗ dicerent ista represalia seu pignoratio, adhuc vr̃ fuisse licita, qa interuenit requisitio. Nã licet nõ fuerit requisitus superior, q non est, fuit requisita dicta cõitas ꝗ faceret iustitiã de seipsa restituẽdo res ablatas & captiuos, & ẽt punitionẽ de dicto Carolo faceret, poterat aũt dicta cõitas hanc iustitiam de seipsa facere & debebat. ff. de iusti. & iur. l. iustitia. §. iuris præcepta. poterat ẽt iudicẽ eligere, corã quo discuteret an restitutio fieri deberet. ff. de iur. om. iudi. l. est receptum. ff. de iudicijs. l. j. & 2. C. de iurisd. om. iud. l. j. & quod not. C. de sen. quæ sine cer. quanti. l. 2. per gl. ordi. in fi. q̃ cũ facere contempsit, ex hoc ẽt solo reddidit se reã & culpabilẽ, vt possent ꝯ eã vel eius subditos represaliæ exerceri, vt ĩ c. dñs noster. 23. q. 2. Nec ob. si dicat̃, ꝗ non fuit requisita pcoprio noĩe dicti gubernatoris, sed cõis Ianuæ. Nã vt ex narratione facti apparet Ambasiatores licet essent cõstituti a dicta cõitate ante cũ autoritate dicti dñi gubernatoris, tñ gñaliter requisiuerunt dñm ducẽ & cõitatem Venetorũ, qui facerent oĩum ablatorũ restitutionẽ, & ẽt relaxationẽ tã gallicorũ q̃ aliorũ & suarũ rerũ, & sic ẽt pro dicto dño gubernatore vr̃r requisiuisse. Nec ob. ꝗ non habebant ad hoc mandatũ ab eo suo pcopcio noĩe, quia vr̃ sufficere ꝗ aliquocunq; ẽt sine mãdato fuerint requisiti. ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. mora. ff. de pet. hæ. Item verificat. §. a quo. qđ vi aut clam. l. prohibere. circa prin. potissimè si interuenerit ratihabitio. C. ad Mace. l. fi. ¶ Præterea etiã proprio noĩe vr̃ dictus dñs gubernator eos requisiuisse p oblationem duelli, q̃ vim requisitionis habet. arg. ff. de leg. 1. l. & eo modo & l. ẽt hoc modo. & qđ ibi no. p Bar. Concluditur ergo ꝗ respectu vtriusq; obligationis tã dictæ cõitatis Venetiarũ, q̃ dicti Caroli geno interuenit requisitio sufficiens ad represalias exercendas, si represaliæ dici debent, qđ negat̃, quia tunc dicerent propriè represaliæ, qñ pro debito unius ciuis uel delicto caperet̃, alr̃ propter denegatã iustitiã [a] u cõitate. Sed hic p p delictũ dictæ cõitatis cõmissum, prout. s̃. ostensum est, captæ fuerunt res subditorũ, q̃ censentur fuæ. s. dictæ cõitatis in casu isto necessitatis, ut. s̃. probatũ est. Inquantũ uerò dr̃, ꝗ de autoritate regis Franciæ non apparet. Rñdeo illa fuisse requirenda si contractus ageretur uel esset præsens. Sed quia agitur pro furtis & rapinis, & superior est absens, non vr̃ ꝗ ualens exercere represalias habeat requirere superioris sui autoritatẽ, sed sufficit ꝗ requisiuerit superiorẽ ipsius iuris, ꝗ iustitiam ministret & neglexerit, ne dũ superioris expectat̃ autoritas, sint maleficia impunita. ar. optimè ad hoc. ff. de iudi. l. si lõgius. §. si filius. de mur. l. sed si unius. §. filiosa. Et hæc sufficiat circa primũ q̃sitũ.

6 ¶ † Venio ad scd̃m dubiũ, quo quærit̃ vtrũ ex facto d. dñi gubernatoris tenet̃ cõitas Ianuæ, psupposito sed non cõcesso ꝗ licitè facere non potuisset qđ fecit, & ẽt ꝗ ex illo facto nil peruenerit ad dictã cõitatẽ. Et hoc dicendũ est indubitãter ꝗ nõ, pbatur p discursum plurimũ similiũ. Primò, qa ex delicto tutoris & curatoris, qui sunt legitimi administratores, non tenetur pupillus vel adultus, si ad eos nil peruenit. C. vñ vi. l. meminerint. de reg. iur. l. neq; interdicto. de trib. l. 3. §. j. de ac. emp. iul. §. sed cum in facto. ¶ Itẽ ex delicto pcuratoris non tenetur dñs. ff. qđ q̃sq; iur. l. 3. §. si procu. & l. j. §. si procura. si quis ius di. nõ ob. de cõd. indeb. l. si procurator. de vi & vi ar. l. j. §. quotiens. & ibi no. extra vt lite nõ contest. c. j. in fi. & ibi plenẽ no. ¶ Item ex delicto prælati non tenet̃ ecclesia. de exce. c. cũ uenerabilis. de ordi. cog. c. cũ dilectus. in prin. & ibi no. ¶ Item & melius ad propositũ, ex delicto magistratus nõ tenetur ordo decurionũ, licet ab ordine ipse datus sit magistrat⁹. ff. de magi. cõue. l. j. in prin. ff. qđ q̃sq; iur. l. j. §. j. & qđ ibi no. per gl. ¶ Itẽ ex delicto decurionũ non tenet̃ vniuersitas, sed ipsi tñ decuriones. ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. j. in fi. Nec ob. ꝗ ex delicto officialis tenetur dñs, qui ipsum deputauit. ut l. j. §. familiæ. ff. de publica. qa illud verum, cũ deliquit circa offm̃ sibi cõmissum, puta officialis publicani in extorquendo plus debito a trãseuntibus, uel officialis ptãtis recipiendo pecuniam p simoniã uel indebitè grauando sumpta occasione officij uel tutor sup negotij pupilli ꝯhẽdo. ff. de cura. l. illud. Sed in casu nostro extra offm̃, & non sumpta occasione officij, nec tanq̃ gubernator hoc fecit, igitur cõitas nõ tenetur. ita declarat hoc gl. ord. ff. si quis omis. cau. test. l. si dolo. Itẽ non obst. ꝗ cõitas Ianuæ hoc scit & patitur. nã imo eius scientia non habet patientiã, cũ d. dñm gubernatorem non possit prohiberi, nec ipsum coerceri, uel ad restituendũ ablata cõpelli, cũ sit eius superior. Sed hoc ptinet ad Regem Franc. qui ad offm̃ illud ipsum deputauit. ff. de arb. l. nã magistratus. ff. de alien. iudi. mu. cau. fac. l. 3. in prin. igitur dictæ cõitati non imputatur d. scientia, quæ non habet patientiã. ff. si fami. fur. fec. dica. l. j. §. cæterum. de noxa. l. in delictis. in prin. Præterea posito, ꝗ ratum haberet quicquid p eum factũ esset, non tenet̃, qa duo requirũtur ad hoc ut quis teneatur ex delicto cõmisso per alium ex sua ratihabitione, ꝗ sit cõmissum noĩe ipsius ratum habentis. Itẽ ꝗ ratũ habeat tanq̃ suo nomine cõmissum. ut no. in l. j. §. quotiens. de vi & vi ar. in gl. quæ ĩcipit. duo. quæ hic nõ apparet interuenisse, igitur, &c. ff. de transa. l. cũ hi. §. si prætor. de diuor. l. fi. & qđ ibi no. ff. quib. ex cau. ma. in pos. ea. l. fulcinius. §. cũ hoc edictũ. cum seq. nec ẽt ad ipsam cõitatẽ aliquid peruenit. ff. de vi & vi ar. l. si vi me deiecerit. Ex hoc de secundo quæsito, venio ad tertium dubium.

7 ¶ † Quæritur ergo tertio loco vtrũ cõitas Iañ. teneatur de iure cõi ex facto Nicolai de morbiella ciuis & subditi cõis Iañ. qui de mandato d. dñi gubernatoris cepit dictam nauim Venetorũ, præsupposito ꝗ obedire nõ debuerit, & ꝗ dicta cõitas Iañ. nihil sciuerit, nec ad eã aliquid peruenerit, nec vnq̃ ratificauerit. Et hæc clarè & sine quacunq; dubitatione dicendum est, [a] dictam cõitatẽ non teneri. Nã si vniuersitas non tenetur ex delicto decurionũ, qui totam vniuersitatem representant. ff. de dolo. l. si ex dolo. §. j. in fi. nec ex delicto magistratus. ut l. j. in prin. ff. de magi. cõue. & l. j. §. j. ff. ꝗ quisq; iur. & s̃. pcobatũ est. multominus ex delicto unius ciuis licet subditi. Nam & ex delicto serui qui magis est subditus non tenetur dñs ignorans, & ad quẽ nil peruenit, nisi vt ipsum det pro noxa si põt. ff. de dam. infe. l. prætor. §. hoc edicto. ver. cũ. n. animalia, &c. Inst. de noxa. in prin. ff. si ex noxa. cã aga. l. 3. §. si absens. nec ex delicto filij tenetur pater. C. de bo. proscri. l. si fil. fam. ff. de pec. l. 3. §. fin. Et generalr̃ ex delicto unius alter non tenetur. [b] ff. de no. oper. nun. l. de pupillo. §. si plurimum. ne in potestate alterius sit cõditionem alterius nihil delinquentis deteriorem facere. ff. qđ vi aut clam. l. j. in fi. cum l. seq. ff. de arbi. l. ne in ptãte. facit. ff. ad sil. l. fi. ff. de publica. l. fraudati. §. fi. Et qz hoc clarũ vr̃ mihi de iure, non me in allegationibus vlterius extendo. Sed pro confirmatione tam præsentis quæsiti q̃ ẽt præcedentis adduco determinationem Iun. qui in utroq; determinat idẽ quod. s̃. dictũ est in c. grauamen. de sen. excõ. & Bar. ff. de pœ. aut facta. §. fi.

8 ¶ † Capio quartum dubiũ, quo quæritur utrum dicta cõitas saltẽ teneatur ex facto d. Nicolai inspectis uerbis contentis in articulo pacis factæ inter d. cõia. Et hic finaliter dico, ꝗ nõ, nam uerba dicti articuli, quæ faciunt ad propositum, si diligenter considerentur, tres hñt partes. ¶ Prima est, quæ continetur ab alio uersi. & si formatis, usq; ad uer. uidelicet in quibus actum fuit hoc inter partes, videlicet ꝗ si dictæ partes uel ipsorum altera facerent aliquid

a ¶ Iustitiã. Ad. de Cor. in cõsil. 62. in princ. in 3. pt. & an & qñ & in quibus concedi possunt. vt de dom. Bar. So. in cõsil. 231. versi. circa 7. & vlt. q. cũ versi. seq. vsque ad fin. in s. parte.

b ¶ Nõ tanẽ. Ad de Old. in cõsil. 66. inci. an ex delicto.

contra dictam pacem offendendo uel damnificãdo, uel ẽt subditi, aut gentes earundem partium nõ intelligatur dicta pax rupta seu fracta, sed durare debeat modis qui sequuntur. Certè ꝑ hæc uerba neutra pars se obligauit alteri pro factis seu delictis subditorũ, cũ hic non sint uerba obligatiua seu promissiua. ff. de uerb. obl. l. 5. §. stipulatio. Sed solum operantur dicta uerba, ꝙ pax non frangitur, nec rumpitur ex facto alterutrius, uel subditorum, ac gentiũ earũ. ¶ Secunda pars uerborũ est ab illo uer. uidelicet usq; ad uer. si uerò dictã emendam. Et in ista parte disponitur, ꝙ tunc & eo casu, quo prædicta contingant, pars quæ diceret se offensam requirat partem offendentẽ, ꝙ sibi faciat emẽdam, & ꝙ pars offendens teneatur ipsam emendã facere. Per ista uerba quælibet pars obligat se alteri ad euendã in casu quo contrafecerit. Videndũ est ergo qñ dicatur ꝯtrafecisse. & certè tunc cõtrafecisse vr̃, qñ subditi alterius partis uel cõitatis de mandato ipsius cõitatis offenderent alteram, alias si sine mandato, tunc non ipsa cõitas contrafecisse ur̃, sed ipse gentes uel subditi, per ea quæ dicta sunt, hinc est ꝙ in tali casu nõ esset formanda inquisitio Ʒ ipsam vniuersitatẽ tanq̃ contra offendentem, sed Ʒ ipsos subditos uel gentes, ut not. per Bar. in d. l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. Ponderãda ergo sunt uerba istius secũdæ partis, in qua se obligant ad emendam, nã hic non nominantur subditi, sicut in superiori parte, sed solũ dicitur, ꝙ pars offensa reqrat partem, ꝑ quã assereret Ʒfactum, & quo ad istã requisitionem sufficit assertio ipsius requirentis, ut alterã partẽ trahat ad iudicium. Postea dr̃, ꝙ pars offendens teneatur emendã facere. Et reqrit ad hoc, ꝙ verè offendiderit, vt teneatur ad emendam, nec sufficit assertio alterius partis, vt patet ex illo participio, offendens. vnde si pars requisita tanq̃ offendens re vera non offendidit, non tenetur ex illis verbis emendã facere. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. j. & §. cum hoc edictũ. & §. si quis bona. quia defecit qualitas ex verbis requisita. ad hoc. ff. vi bo. rapto. l. 2. §. quis homines. & §. docere. ne quid in flu. pub. l. j. §. qđ ãt. ver. & generaliter. & qđ ibi no. ergo est sensus verborũ, qđ ex facto subditorũ vel gentium alterutrius cõitatis non rumpatur pax, siue fecerint cum mandato, siue sine, ut in prima parte uerborum. ¶ Item, ꝙ ex facto subditorum facto cũ mandato teneatur altera pars ad emendã, cũ tunc verè offendiderit. Sed ad id qđ facerẽt sine mandato se non obligãt, cùm tunc nõ offendant, sed ipsi subditi. ¶ Tertia pars verborũ sequitur ab illo ver. si verò d. emendã. vsq; in finẽ. Et in illa disponitur ad quos iudices eatur, cum pars requisita ꝙ emendam faciat, non facit nulla iusta cã assignata. Et quo ad ills certum est neutra pars se obligauit pro factis subditorum. Sed solũ agitur de iudicibus, maximè si pars requisita iustam cãm allegat, cur nõ teneatur. Et sic est in casu nostro, nã cõitas Ianuæ requiritur ꝙ faciat emendam qđ fecisse dicitur Ʒ & offendisse pacem, dicta verò cõitas dicit se non fecisse ꝯtra nec offendisse, quia nullum mandatum dedit illi Nicolao, nec eius factum ratũ habuit, nec ad ipsam aliquid ꝑuenit, & sic nõ tenetur ad emendam uirtute verborũ d. capit. quia non est offendens prout capitulum & verba requirunt, nec ipsa se obligauit, nisi cùm esset offendens, vt ex tenore capituli, paret, qui diligenter attendi debet. ff. de fideius. l. fideiussores magistratũ. §. ꝑ Aurelio romulo. ff. de ver. obl. l. quicquid astringendæ. & l. triticũ in fi. quibus liquidatis absolui debet. d. cõitas. ¶ †Venio ad quin- 9 tum dubium, quo quæritur vtrum d. cõitas Ianuæ teneat̃ ex eo, ꝙ d. Nicolaũ eorum subditũ & ciuem reuersum & morã trahentẽ in d. ciuitate Ianuæ cũ saluoconducto d. dñi gubernatoris sciẽtibus præsidentibus d. cõis pro punientibus. Et hic est considerandũ & aduertendũ, vtrũ d. cõitas possit d. Nicolaum punire, & ad restitutionem ablatarum compellere, non obstante dicto saluoconducto, vel non. Nã si potest, tunc non puniendo fauere vr̃, & approbare delictũ & sic teneret̃. 2. q. vij. c. negligere. C. de cõmer. & mer. l. 2. si verò non potest, non tenetur, siue sit in potestate vel in potentia facti. ff. si quis cau. l. 2. §. si quis in iudicio. ad l. rhod. de iac. si vehenda. §. idem iuris. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. sufficit. siue sit in potentia iuris. ff. de cond. insti. l. si filius. ff. de verb. sign. l. nepos procul. de his q̃ pœnæ nomi. l. j. Inst. de leg. §. fi. ¶ Et videtur, ꝙ ipsi possint, quia tales securitates seu saluiconductus non prosunt in criminibus. in Anth. de mand. prin. §. neq; aõt. & quod not. C. de his qui ad eccl. confu. l. 2. cũ sua gl. ff. de in ius uoca. l. plerunq;. & quod ibi not. de reg. iur. l. nemo de domo. ¶ Contrariũ dico; nam d. iura intelliguntur & loquuntur in securitate simpliciter concessa, q̃ non extenditur ad cãm maleficiorũ. Sed si expressè data est sup ꝑ criminibus & maleficiis ab eo, qui dare potuit, seruanda est & si dare non debuerit, vt no. per Pe. & Cy. C. de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. in fi. & ꝑ Old. in publ. disputatione, ut refert Bar. in l. his qui reus. de publi. iud. Põt aũt d. securitatem concedere quilibet iudex ex cã legitima, vt ibi no. per eundem Bar. Item per ptia. ex sola voluntate concedi potest. ff. de pœ. l. relegati. in fi. vbi dicit ꝙ princeps criminosis etiam damnatis comeatum & remeatum in vrbem dare potest. ff. de qõ. l. j. in fi. ad hoc. ff. de pac. l. conuentionum. tale autem auctoritatem a principe concessam inferiores violare non debent. ff. de leg. l. fi. imo ꝯtrarium facientes crimen læsæ maiesta. incurrunt. ff. ad l. Iul. maies. l. j. in prin. ibi aduersus securitatem &c. vt plenè no. ꝑ doc. quia talis securitas, si per epistolã cõcessa sit, vim legis habet. ff. de const. prin. l. j. ideo non licet inferioribus eam violare. ff. de publ. & vecti. & quod ibi no. imo contrarium faciens punitur. ff. de rerum diui. l. sacra. §. propriè. ¶ Nunc ad propositum cõitatis Ianuæ oẽ ius dñij & proprietatis meri & mixti imperij & iurisdi. transtulit in Regem Frã. & sic nihil remansit. ff. de orig. iur. l. 2. §. nouissimè. C. de veteri iure enucle. l. j. §. sed hæc. ff. de consti. prin. l. j. & quod no. ff. de leg. l. non ambigitur. igitur si vellet punire, de iure non posset, cũ iurisd. non habeat. imo si contrarium faceret, esset Ʒ Regis voluntatem & suorũ officialiũ & vsurparet sibi ius superioris, & sic in crimen læsæ maiest. incideret. ff. ad l. Iul. maies. l. 2. ¶ Itẽ dictus dñs gubernator est locũtenẽs Regis ab ipso rege deputatus, & sic habet eandẽ ꝑtãtem in d. ciuitate q̃ habet Rex. ff. de leg. 3. l. j. §. hi quibus. ver. a præfectis verò. de tut. & cur. dat. ab his. l. j. C. de offi. eius qui vicem alte. gerit. l. j. & 2. Cum igitur d. dñs Locũtenens concessit huic Nicolao saluũconductũ expressè & specificè ꝑꝑ cãm prędictam, & mandauit ꝙ occasione prædictorum non possit molestari, non est dubiũ ꝙ dicta cõitas ipsum de iure molestare non põt, nec punire, & sic contrarium faciens dictum saluũconductũ violãdo maius crimen cõmitteret. s. læsę maie. & per ꝯñs non tenet̃, si non facit quod facere non esset sine crimine, & qđ de iure non põt. ff. ad hoc de ver. obl. l. si plagij. Et hæc sufficiant quo ad dubia, quę oriuntur ex prima dubij narratione. ¶ Quo ad illa verò, quę oriuntur ex secunda, minus insistendũ vr̃, cum ex superius dictis satis appareat determinatio, ꝙ dicta cõitas Ianuę non tenetur ex facto Ioannis de spinolis cum eadem sint dubia cum pręcedentibus, & eadem iura conueniant, & rõnes vtriusq; dubij, verũtamen vt aliquid specialiter circa ipsa dictũ videãtur, dico. ¶ Aut enim dicetur, ꝙ teneatur ex eo, quia d. Ioan. erat ciuis & subditus cõis Ianuæ, & est falsum, cũ ꝑꝑ hoc non teneatur nisi d. cõitas mandauerit, aut ratum habuit, vel aliquid ad ipsam peruenerit, quorũ nullũ hic factum fuit. ff. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & l. si vi me. de resti. spol. c. cum ad sedem. Cæterum d. Ioan. capitaneus dictæ cõitatis non erat, nec per ipsam deputatus ad nauigandum, vt euitemus id quod hr̃. ff. de public. l. j. §. familiæ. & quod dixi. s. in primo dubio circa tertiũ quæsitum. aut dicemus ꝙ teneatur ex eo, ꝙ non adhibuit curam & diligentiam ne prædicta committeret, & hoc etiam falsum, cùm recepit fideiussores iuxta solutum morem, & ex hoc videtur satis curam adhibuisse. arg. optimum ad hoc. ff. de verb. obli. l. ills stip. §. cum. ff. si cer. pe. l. si. §. fi. ¶ Præterea sufficit fecisse, quod consuetũ est fieri. arg. ff. de aqua plu. arc. l. si prius. §. rectè. ff. de ædil. edict. l. qđ si nolit. §. qui assidue. ff. de pig. act. vel vniuersorum. ¶ Aut dicet̃, ꝙ teneatur ex eo, qđ passa est suũ subditũ delinquere, & non ꝓhibuit, & hoc ẽt falsum, quia hoc cõmisit in remotis partibus & extra districtũ Ianuensiũ ipsis ignorantibus, igit̃, &c. arg. ff. ad Sil. l. j. §. occisorum. versi. hoc ideirco, &c. & §. eodem aũt tecto. C. eo. l. fi. ¶ Aut dicetur, ꝙ teneatur ex eo ꝙ dictum non comprehẽdit, & non puniuit in persona. Et idem, cum ipse nunq̃ accesserit ad ciuitatem Ianuæ, nec repertus fuit in eius districtu, igitur nil imputandum cõitati, maximè cùm fecerit qđ potuit, ut ipsum haberet. C. de his quib. vt indig. l. si ideo. ibi bo. tex. cum gl. ¶ Præterea dictus Ioannes non est in districtu Ianuensium, sed alibi, vnde Ianuenses nõ possunt eum capere vel capi facere de iure, cum in alio territorio non possint exercere iurisdi. talem. ff. de ædil. edic. l. qd sit fugitiuus. §. idẽ celsus. & quod ibi no. glo. & quod no. in l. si cui §. cum sacrilegium. de accu. per Bar. nec potest petere remissionẽ nisi de vrbanitate, cum nõ habeat eũdem superiorẽ, vt ibidem no. & in Anth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. igitur non est imputandum dictæ communitati, si non cepit. argu. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. annus. ¶ Præterea sufficit ꝙ cõitas Ianuæ fecerit omnem diligentiam ꝙ potuerit comprehendere, nec imputat̃, si non cõprehendat. C. de rapt. virg. l. j. §. fin. aũt post commissum.

ibi. vt

ibi.vt possint comprehendere &c. ¶ Præterea d. Ioannes in suam quodammõ libertatem se recepit intm̃, q̃ difficilis est eius persecuuo, igr̃ non est imputandum dictæ cõitati.ar.ff.de acqu.re.do.l. nãlem.in prin.ff.de acq.poss.l.3.§.nerua filius. ¶ Præterea aut imputabir̃ cõitati, q̃ eũ non puniuit in bonis, & hoc minimè dicendũ est, cũ ꝫ bona sua & suos fideiussores fecerit, quicquid fieri põt, & in hoc totum ciuile offim̃ occupauit in faciendo fieri ꝯfiscationes, condemnationes, & banna consueta, igr̃ excusata est.ar.C.de his q latro.l.2. Ex quibus manifestè concludit, dictam cõitatem Ianuæ non teneri de iure ꝑ factum d.Ioannis de Spinolis. Cæterũ ex forma seu uerbis capl̃i pacis clarum est, ipsam lr̃r non teneri, prout clarè deductum est ĩ.circa quartum dubium primæ facti narrationis, quæ non repeto, sed quæ ibi dixi, & hæc dicta intelligantur & sufficiant. ¶ Pau.de Cast.V.I.doct.Sen.&c.

¶ Declaramus dicimus & sn̄iamus, q̃ si d. Andreas ꝓbabit incumbentiam sibi in dicta applone, condemnamus d.Ioannem Antonij. Et si per d. Andream non extitit ꝓbatum sibi incumbentiam, d.Ioannem absoluimus, & uictum uictori in expensis lẽimis ꝯdẽnam^a, taxationem quarum nobis & successoribus nostris in posterum reseruamus. ¶ Opponitur ꝫ istam vlti.sn̄iam allegando q̃ sit nulla, quia non fuit seruata forma statuti, modo quæritur quid iuris.

SVMMARIA.

1. *Sententia lata sub tali forma, si est probatum condemnamus, si uerò non est probatum absoluimus.est nulla, & reprobatur m op.Bar.l.cum iudex.C.de senten.*
2. *Statutum si requirat certam formam pronunciandi, ea non seruata sententia reddit ur nulla.*
3. *Sententia, quæ de se non est certa, nec certificari potest per relationem ad acta, est nulla.*

CONSILIVM CCCCXXV.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Ad confirmationem prædictorum facit, quia sn̄ia diffinitiua dẽt imponere finem liti.ff.de re iud.l.j.ff.de arbi.l. qualem.in prin.ver.dicere ãi &c.no.2.q.7.c.ci qui.§. diffinitiua.ideo dr̃ ex ea oriri exceptio litis finitæ. ff. ad tert.l.j.§.fi.non autem debet esse talis, q̃ ex ea noua lis oriatur ex lite primæ materiæ.C.de fru.& li.expen.l.terminato.ff.de reb.cre.l.si quis iusiurandum.in fi.facit extra de cã poss.& propr.c.pastoralis.de or.cogn.c.tuam. †[1] Sed per istam sn̄iam non imponitur finis liti, sed potius ex ea oritur occasio nouæ litis.quod patet. Nam condemnamus sub condõne si probatum est, & si non est probatũ absoluit. Hoc ãt utrum sit ꝓbatum, vel non, ad examen & cognitionẽ iudicis pertinet.ff.de testi.l.3.§.tu magis.in prin.§. & in fi. ꝓbõ.n. nil aliud est, nisi iudicem ad fidem rei gestæ deducere.ff. de testi.l. ad fidem.de prob.l.quinquaginta.in fi.vnde dicit Bar.de iureiu.l. admonendi.q̃ tunc dr̃ aliquid probatum esse, cum per ea q̃ iudici ostensa sunt, deductus est iudex ad firmam credulitatẽ eius, de quo agitur, & sic totum dependet ex iudicio animi sui, ut expresse dicit tex.in d.l.3.§.tu magis.in fi.ff.de test. Ex quo sequitur, q̃ vtrũ probatum sit uel non, nouo iudicio & noua pronunciatione iudicis opus erit, & sic per primam sn̄iam liti non est impositus finis, sed imponeretur per istam sn̄iam, quod est ꝫ naturam & substantiam sn̄iæ diffinitiuæ, igr̃ non ualet.ff.de preca.l. cum precario. ff. si usuf.pet.l.2.§.1.de vsu & ha.l.per seruum.in fi. Præterea iudicẽ oportet cuncta rimari anteq̃ sn̄iam diffinitiuam det, & videre vtrũ si probatum, uel non.30.q.5.c.iudicantem.& c. nullum. & anteq̃ hoc fecerit, & sibi de cã plenè liqueat, ꝓnunciare non debet.ff.qui.ex cau.in pos.ca.l.hoc ãi.ibi.constare liquereq; &c. melius. C.de falsis.l.vbi.circa med.ibi.postrema sn̄ia quid sibi liqueat &c. & expresse.1t.q.3.c.summo opere.nec dr̃ sibi liquere, licet testes sint ꝓducti & examinati, vel ẽt instr̃a producta, nisi ipsa perlegerit & cẽsuerit naturaq; deliberatione pensauerit ^a.ff.de arbi.l.si de meis.§.fi.in gl.vl.q̃ incipit.sed nonne.ubi gl.hoc dicit expresse. facit de iudi.l.properandum.§.& si quidem.in glo.super uerbo termino. Et iste est cõis usus & modus iudiciorum, alias diceretur sn̄ia lata cũ præcipitatione, & cã non cognita, & sic non ualet.C.de sen. ex peri.reci.l.2.extra de rest.in integ.c.ex lr̃is. ¶ Cum igitur iudex iste hoc non fecerit, quia non examinauit nec cognouit, utrum esset ꝓbatum uel non, d.sn̄ia tanq̃ lata sine causæ cognitione non valet. pro hoc gl.optima cum tex.extra de eo qui mit.in pos.cã rei seruã.c.cum venisset.in gl.2.quæ incipit.hic pronunciauit malè &c.facit quod no.gl.de off.del.c.cum contingat.in gl.quæ incipit.no.q̃ nõ debet.non.n.quælibet vox iudicis pro sn̄ia diffinitiua debet hẽi. Sed illa, quæ s̃m ordinem solitum & cã cognita prolata est. C. de sen.& interlo.om.iud.l.ex stiplone.uer.quaꝓ.& d.c.ci qui.§. diffinitiua.2.q.7.quod hic factum non fuit. Nam hic uoluit se exonerare a labore, & ipsum relinquere successori, quod facere non dẽt. ¶ Præterea qñcunq; quia facit aliquem actum sub ꝯdõne, quẽ per ipsum poterat impleri, ipse tñ implementũ confert in aliquem casum vel euentum incertum, non valet quod agit̃; q̃a ipse implere dẽbat, non ãt alteri implendum dẽbat relinquere.vñ dicit lex, q̃ si quis relinquit legatũ seruo ꝓprio, cũ ipse seruus erit liber, nõ valet legatum, q̃a cũ ipse posset sibi libertatem relinquere nõ debuit in incertum euentum hoc ꝯferre, sed ipse dare eã debuit, secus si relinqueret seruo alieno sub tali ꝯdõne, q̃a tunc non est ptãte sua. ff.de cond.insl.l.seruus alienus.& l.quia rõ.q̃ optimè faciunt.cum igr̃ iste iudex potuerit ipse declarare, vtrum ꝓbatum esset, uel nõ, non debuit in incertum euentum conferre, vel successori relinquere, cum igr̃ ꝯtrium fecerit, non valet, vt d.l. ¶ Concludit̃ igr̃ ex hoc capite sn̄iam nullam, quicquid dicat Bar.in l.cum iudex.C.de sen. cuius determinationem non sequor, quia ꝫ oẽm rõnem.& l.in qua se fundat nil facit, vcꝫ lex a diuo pio.§.j.ff.de re iudi. vbi dr̃, q̃ põt ferri sn̄ia sub condõne.s.q̃ si non sint mobilia, capiantur immobilia; certe ista est diuersa condõ a præcedenti, quia hoc magis in facto consistit, q̃ in declaratione iudicis; nec.n.opus est sua declaratione in hoc, sicut est necessaria ad cognoscendum verum sit ꝓbatum vel non, nec sequuntur inconuenientiæ, de quibus ŝ. dixi.

¶ †[2] Item dico eam nullam ex eo, quia non seruata forma statuti. Nam lꝫ de iure cõi non cogatur iudex applonis præcisè sub hac forma ꝓnunciare.s.malè vel bñ appellatum. Sed possit condemnare uel absoluere, sicut primò in prima sn̄ia.facit.ff. iudi. sol. l. cum apud sempronium.ff.de solu.l.creditor.& utrobiq; no.per glo.de re iud.l.in summa.tñ statutum ŝ.positum dat istam formam, vt ꝓnuncietur benè vel malè appellatum, quæ forma seruanda est, tum quia continet verbum necessitatis, dum dicit, debeat.iuxta ea quæ no.ff.de off.præsi.l.sæpe.tum quia iurat statuta seruare in his, quæ per ista statuta sunt.vnde non debet seruare formam a iure traditam, sed a statuto, quod apparet clarè. Nam in maleficiis non posset se imponere pœnam a iure statutam, sed solum a statuto, lꝫ per ipsum statutum non foret expresse abrogatum ius cõe.ff.de act.& ob.l.quotiens.cum igitur non sit seruata d. forma non valet dicta sn̄ia ꝑ vitium ꝓnunciationis.C.de sen.ex peri.reci.l.j. & 2. ff. de exc.tu.l.testõ. ¶ †[3] Vltimò non valet ex capite ã.tacto per eximium doct.D.Raphaelem, q̃a non continet certam q̃titatem, nec per se nec ꝑ relationem ad aliquid, cum non se referat ad libellum vel ad acta, igr̃ &c.ff.de re iu.l.in summa.& l.ait prætor.§. si iudex. & ibi plenè per Bart.facit C.de fal.cã adiec.lega.l.si non designata.ff.de le.e.l.si sic.§.j.de li.le.l.legaui.§.contra autem.

SVMMARIA.

1. *Vsufructuarius, qui facit expensas utiles in re, potest repetere eas a proprietario, dato q̃ res destruatur, & sic expensè ex postfacto reddatur inutiles.*
2. *Vsufructuaria res, puta molendinum si ruat, eo q̃ non reficiatur ab usufructuario, an is teneatur proprietario quando refectio casu fortuito superueniente fuisset inutilis hominibus alio euntibus ad molendum propter bellum.*
Tempore abbatis uel prælati qui scit se teneri ad aliquid.
3. *Præscriptio non currit secundum ius ciuile & canonicum.*
Expensarum utilium uel inutilium ad materiam multa hic habentur, & 2.

CONSILIVM CCCCXXVI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ †[1] Super primò q̃sito dicendum est, q̃ cùm d. impensæ refectionis fuerint magnæ & ad perpetuam rei utilitatem, vt ꝓponitur, possunt repeti a dicto monasterio, cũ tales impensæ pertineant ad proprietarium.ff.de vsufru.l.hactenus.C.eo.ti.l.cum ad quem.ff.so.ma.l. diuortio.§. impendia.de impensis.l.3.§.& gñaliter.lꝫ cura & solicitudo reficiendi pertineat ad fructuarium, vt plenè no.Bar.ff.de publ.l. quot.§. qui maximos.ff.de dam.inf.l.q̃uis.& l.damni infe.§.ei cuius. in gl. itaq;.& l.inter fructuarium. ¶ Nec ob. q̃ molendinum postea destructum est, ex quo sine sui culpa, vt statim dicam. Nam sufficit vtiliter fuisse gestum.ff.de neg.gest.sed an ultro.§.j.de pi.act. l. necessarias.in prin. Et prædicta vera, nisi aliqua præscriptio legis uel statuti obstaret. ¶ †[2] Quantum ad s̃m dubium vr̃ dicendum, q̃ d. molendinum sit restituendum in eo statu, in quo erat tpe concessionis, nec sufficiat ipsum restituere deterioratum. Nam vsufructuarius cauere debet, q̃ ꝓprietatem non deteriorabit, & si contra facit tenetur ^b.ff.vsufr.quemad.ca.l.j.§.cauere.& §.rectè. C. de vsufru.l.vsufr.constituto.vñ & de culpa commissa non faciendo, ꝑ q̃ proprietas est deteriorata tenetur.ff.de vsuf.l.si cuius.§. deniq;. consultus.ibi nam qui agrum non ꝓscindit &c.ex quo sequitur, q̃ si

a ¶ Pensauerit. vide Bal. in ꝯs.9a in 1. pt. vbi põit nũquid sn̄ia lata ex nimio breuitẽ sit ipso iure nulla.

b ¶ Tenet. Sed qd de eius hr̃de an teneat. vid cor. in ꝯs.119 inci. cir. nu. 20. I a.par.

restitueretur deterioratum tanq̃ non esset restitutum teneret. ff. cõ mo. l. 3. §. si reddita. ¶ His non ob. ea hia, q̃ pmittuntur in puncto. Dico Ↄrium, vcӡ vel Ioannes ꝙ eius hæredes non tenentur restituere molendinum in eo statu, in quo erat tpe concessionis, nec ẽt ad deteriorationem contingentem pp non refectionem, & sic sufficit restituere in eo statu, in quo est, & hoc pluribus rõnibus.

¶ Prima, quia ea q̃ s̃. dicta sunt in Ↄrium hñt locum, si d. Bartol. vel eius filij commisissent culpam in non reficiendo d. molendinum, & in permittendo ipsum destrui, quod destructum nõ esset, si suis tpibus fuisset refectum. Et ita loquitur. l. si cuius. §. fin. ff. de vsuf. & alia quæ s̃. dixi. Sed in casu nostro nullam culpam commiserunt, & probabo, igr̃ non tenentur. ãntia probatur, quia de casu ꝯtingente sine culpa nunq̃ quis tenetur, nisi ipm in se susceperit. ff. commo. l. si vt certo. §. quod vero senectute. & l. in rebus. de peri. & comm. rei ven. l. 2. §. custodiam. ff. si quis cau. sed & si quis. §. q̃li tum. & quod no. in l. si quis nec cãm. in prin. ff. si cer. pe. C. de pi. ac. l. q̃ fortuitis. Debitor. n. spẽi non tenetur de deterioratione cõtingente sine mora uel culpa sua, sed solum de illa q̃ contingit post moram. ff. de tritica. l. in hac. in fi. & l. fi. uel eius culpa uel dolo. ff. de uer. ob. l. si seruus. ff. de hæred. uel act. ven. l. uenditor ea hæreditate. ver. quemadmodum. ¶ Restat probare añcedens, vcӡ ꝙ isti nõ commiserint culpam in non reficiendo d. molendinum tpibus debitis, & vr̃ ꝙ hic ipsi culpam commiserunt. Nam oẽm rei curam vr̃ usufructuarius in se suscepisse. ff. de vsuf. quemadmodum caue. l. j. in fi. cum l. seq. Ↄrium dico. Nam in puncto p̃supponitur, ꝙ illi qui consueuerant accedere ad macinandum in dicto molẽdino pp guerram delinquerunt ipso & composuerunt cum duabus cõitatibus vt ad molendina earum accederent, & sic molendinum prædictum redditum est ex hoc inutile. ¶ Item p̃supponitur, ꝙ si hodie refectum esset, nullius esset vtilitatis. Tunc ergo si oĩs refectio & expensæ, quas illi fecissent, fuissent inutiles & sine fructu, imo in casu perditionis, ergo non fuerunt in culpa, si non fecerunt. Quod pӡ, quia usufructuarius tenetur de leui culpa, maximè cum in casu nostro fuerit celebratus Ↄctus grã vtriusq;. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. Sed leuis culpa est non facere, quod diligens paterfam. faceret[a]. Constat autem ꝙ diligens paterfam. nunq̃ faceret expensas & refectiones inutiles, imo quanto diligentior esset paterfam. tantomagis abstineret a dictis sumptibus inutilibus. cũ lex prohibeat, ne quis malè utatur substantia sua. ff. de his qui sunt sui uel alie. iu. l. 1. & 2. inst. eo. §. j. ¶ Præterea vsufructuarius teneт facere circa ꝑprietatem illud qđ faceret in re sua propria. ff. usuf. quemad. caue. l. 1. §. cauere. Sed si hoc molendinum fuisset ꝑpriũ istius Bartoli & filiorum, laudabiliter fecissent tales refectiones & inutiles impẽsas omittere, & de hoc nullus eos reprehendisset, sed potius commendasset, quia utilius fuisset eas omittere, q̃ facere, qa omittendo nullam læsionem sensissent. Sed faciendo sensissent læsionem duplicem. s. de inutilitate molendini, & de ꝑditione expensarum, & sic non posset eis imputari. Nam & sapiẽs dicit. Quę nocitura teneс q̃uis sint chara relinque. quod licitum est in caulis allegare. l. in tm̃. in fi. ff. de rer. di. imo ad fatuitatem fuisset eis imputatum. Nec ad diligentiam, sed ad dissolutionem, si tales impensas fecissent in re propria, & quodammõ insani dici potuissent, q̃ quo ad rem attinet furiosum fecissent exitum & reputari tanq̃ male vtẽtes substantia sua. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. is qui. §. j. Si ergo d. negligentia vel proprius nmissio dictæ refectionis non posset culpari in re ꝑpria dictorum vsufructuariorum, imo potius laudari & commendari eodem mõ in aliena. vt d. l. j. §. cauere. vsufr. quemad. caue. ¶ Præterea vsufructuarius in proprietate censetur ꝓcurator ꝑprietarij. l. j. in fi. cum l. se. ff. de no op. nun. Sed ꝓcurator potest & debet interdum omittere, qñ omissio est vtilis dño, & omittendo vr̃ benefacere. ff. de procu. l. sed hæ. §. fi. vbi procu. non defendẽdo sed permittendo aduersarium mitti in possessionem domus rui nosæ vr̃ defendere, si hoc magis expedit dño, q̃ cauere de dãno infe. ¶ Præterea si dicti fructuarij fecissent d. impensas, non possent recuperare a d. monasterio eo casu, quo recuperatio permittitur, vcӡ in impensis magnis, quia monasterium posset eius obiicere, ꝙ d. impensæ inutiles essent & onerosæ. ff. de ne. ge. l. sed an vero. §. j. de in rem uerso. l. 3. §. sed si mutuam. ff. mand. l. idq;. §. idem ait. nõ ergo potest imputare d. monasterium, si non fecerunt expensas, quas si fecissent recuperare non possent, imo imputãdum esset eis cur fecissent, alias. n. sibiipsi viderentur Ↄriari. ff. de condi. & dem. l. titiæ si non nupserit. non. n. potest monasterium petere illud, cui Ↄrium non esset postulaturum. ff. de peti. hær. l. si rem & p̃tium. & ibi no. C. de solu. l. pe. ¶ Et si dicat saltem poterit eis imputare cur non fecerunt expensas paruas, qa illæ non repetunt, & qa si factæ fuissent locis & tpibus congruis, non fuissent necessariæ magnæ & molendinum non fuisset destructum. Sed rñ. ꝙ ea rõne qua monasterium non p̃t eis imputare cur non fecerunt magnas, eo qa inutiles & onerosæ fuissent monasterio, eadem rõne nõ p̃t imputare cur non fecerunt paruas, qa sir̃ fuissent inutiles & onerosæ facientib. & ẽt monasterio nun ꝓfuissent. Nam illam æqtatem, q̃ monasteriũ posset allegare ꝓ se quo ad expensas magnas, teneт recipere cõtra se quo ad paruas. ar. ff. de sol. l. 1. ver. dummõ id constituat. Nam & vera iustitia dicit, ꝙ tibi non uis alteri uelle non debes. 50. di. c. põderet. Si ergo monasterium nollet factas fuisse magnas impensas ad onus & damnum ipsius, ergo nec paruas ad damnum facientis. ¶ Præterea monasterium petendo, ꝙ restitueret in eodẽ statu peteret qđ sibi non ꝓdesset & alteri noceret, & sic non dẽt audiri. ff. de rei uen. l. in fundo. circa fi. ibi. nihil laturus nisi ut officias &c. ꝓsertim quia ecclesia cum sit cultrix iustitiæ diuinæ non dẽt petere aliquid ex quo ꝓximus lædat. ¶ Præterea monasteriũ pp dictam deteriorationem non posset agere, nisi ad interesse. vt not. in l. 1. §. habet ãt. vsuf. quemad. ca. in gl. j. Sed hic nullum est interesse, quia vt dr̃, si hodie esset in statu, nullius vtilitatis esset, igitur &c. arg. ff. de act. emp. l. prædis. in fi. ff. de act. & ob. l. qui seruum. §. si is cui.

Pręterea d. molendinum non est redditum inutile pp refectiones non factas. Sed ex quo, quia derelictum est ab omnibus, qui cõsueuerant ibi macinare, vnde idem cõtingisset, si fuisset refectum, imo ideo non fuit refectum, qa derelictum fuerat, ꝙ si non fuisset refecissent. mõ. l. dicit ꝙ expensarum non factarum ita demum rõ hr̃ & non facienti imputatur, si pp hoc ꝙ factæ non sunt, res malè gesta est, secus si ẽt eis factis res malè gesta fuisset. ff. de impensis. l. & in totum. vbi bo. tex. ¶ Ad propositum ex quo pӡ, ꝙ cum ẽt factis dictis refectionibus & impẽsis molendinũ p̃dictum redditum fuisset inutile, non põt imputari fructuarijs, cur non fecerunt. ar. ff. quod me. ca. l. si cum ex te. §. ꝙ si hõ. ver. sed si non culpa. a contrario sensu. Concludo ergo ex p̃dictis oĩbus duo. † Primo, ꝙ d. Ioannes põt repetere sumptus factos in refectione d. molendini cum illo tpe fuerunt vtiliter facti, lӡ res malè successerit, dummõ non obstet aliqua pręscriptio, de iure ãt cõi non vr̃ obstare nec currere toto tpe quo fuit abbas ille qui erant tpe refectionis, quia sciebat se tenere, & sic tanq̃ malæfidei non pręscribit. ut in c. 2. de reg. in. lib. 6. quod seruatur ẽt in foro ciuili, ut ibi no. Secundò concludo, ꝙ præsuppositis his quæ præsupponuntur in puncto, vcӡ ꝙ molendinũ fuerit derelictum a macinantibus sine culpa vsufructuariorum, & ꝙ hodie esset inutile, si esset in statu integro, non potest imputari fructuariis, cur ipsum non refecerunt, nec tenetur d. Ioannes restituere in statu in quo erat tpe concessionis, sed sufficit ipsu᷑ restituere tale quale est. ff. de le. 1. l. si a substituto. in fi.

a ¶ Faceret. Sed quo dicerct in culpa ille qui n facit qđ diligentissimus faceret. vid Cor. [illegible] ꝯs. 160 incr. primo n. 17 & sequ. in 2. pt. & nsq d culpa leuis obligat in Ↄctu grã vtriusq; iuuo. vide p cõ in ꝯs. 18. nu. 3. in 2. par.

S V M M A R I A.

1 *Statutum si permittat bannitum impunè offendi, potest ab omnibus etiam a patre uel filio offendi & occidi.*

2 *Bannitus habetur pro hoste suæ ciuitatis, & tanquam contumax nullo modo debet audiri, nisi prius purgata contumacia.*

Hostes ille dicitur, cui ciuitas bellum inducit.

3 *Reformatio si concedat potestatem cogendi inimicos ad pacem uel treugam, an talis reformatio intelligi possit quo ad bannitos, cum ipsi non sint ciues, sed hostes ciuitatis.*

4 *Statutum si deneget audientiam bannitis testes pro eis non debent admitti.*

5 *Consuetudinis probatio de uno tempore, non extenditur ad aliud tempus, quãdo statutum est in contrarium.*

CONSILIVM CCCCXXVII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Quòd isti officiales pacis non p̃nt aliquem cogere ad faciendum treugam cum bannito pp homicidium, ostẽditur aliquibus rõnibus. Et primò sic. ¶ † Talis bannitus ex forma statuti põt impune offendi, ut mihi asseritur, & sic non solum ab illis, qbus commisit iniuriam, sed ẽt a qbuscunque aliis, ẽt a patre uel filio ipsius banniti. ff. de reli. & sump. fun. l. minime. ff. de adul. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. & ibi no. p Bar. Sed si illi, qbus commissa est iniuria vel homicidium, cogerent ad faciendũ treugã, sequeret ꝙ ipse bannitus posset impunè occidi a p̃re, vel filio suo, & ẽt ab aliis extraneis, quibus injuriã nõ commisit, quia cum illis non habet treugam, & ab illis quibus iniuriam commisit non posset propter treugam, quod esset iniustum & inconueniens, ut plus concedatur aliis qui prætendunt solum publicam uindictam, q̃ illis iniuriatis qui prætendunt publicam uindictam & etiam priuatam iniuriam, contra l. prima & 2. ff. de

accu,

tat. de vsucapio. & probat in c. auditis. de præscriptio. cũ moltis similib. l. si ego. §. t. ff. de publi. & d. l. fi. de præscrip. long. temp. ¶ Itẽ non ob. quod allegatur per partẽ aduersam, ꝙ isti actus, de quibus testes deponunt, nõ probant possessionẽ subiectionis, videlicet ꝙ cõitas Massæ cõsueuit mittere ptãtem ad dictum castrũ, & ꝙ homines dicti castri consueuerunt dare vnũ cereũ annuatim. Nã dico, ꝙ imo probãt possessionẽ, de primo patet p ea q̃ not. expressẽ Bar. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. pe. & fi. vbi ipse dicit, † ꝙ hñs iurisdictionẽ in aliquo loco mittendo ptãtem, retinet quasi possessionẽ iurisdictionis, ẽt si ille ptãs vtat illa iurisdictione precario ab illa cõitate, ad quã missus est. de secundo patet in c. oĩs oĩa. extra de censib. vbi dr̃, ꝙ præstatio tributi est signum subiectionis. ¶ Nec obst. c. fi. de cau. poss. & proprie. quia ibi non fuit facta tpe legitimo, vnde non fuit sufficiens ad præscribendum. Hic aũt sic quia per x. annos titulo & bona fide. & ita colligitur ex his quæ ibi no. per doc. ¶ † Itẽ non ob. si dicatur, ꝙ dicti testes sunt singulares, quia non deponũt de eisdem actibus. Sed vnus de uno, alius de alio, ergo &c. de probati. c. licet. Nã hoc tollitur per id quod no. Inno. de acensa. c. qualiter & qñ. qui dicit, ꝙ in probanda præscriptione iurisdictionis. Si vnus testis deponit de uno actu iurisdictionis, vt quia suspẽdit talem, alius testis de alio, & sic de singulis, sufficit, quia oẽa tendunt ad probandum vnum actũ qui conficitur ex pluribus, ut in iurisdictione, & in hoc sunt omnes contestes, licet in medijs, per quẽ pueuitur ad istũ, hoẽm sint diuer. ad hoc gl. ordi. ff. de testi. l. ob carmen. §. fi. ¶ Item non ob. si allegatur præscriptio pro parte dictorũ filiorum. Nam de iure cõi non potuerunt præscribere ꝫ ciuitatem minori spacio. c. annorum. vt l. fin. C. de sac. san. eccl. & no. in auth. quas actiones. per doc. nec etiam ex forma statutorũ ciuitatis Senarũ, quia dicta ciuitas non est supposita dictis statutis, sed habet ppria statuta, quibus regitur, & hoc est verum, prout a fide dignis percepi. ¶ Et ad confirmationẽ omniũ prædictorũ facit, quia pro parte dictorũ filiorũ nõ est probatũ, ꝙ alius fuerit dñs dicti castri, q̃ venditores vel dicta cõitas, vnde cũ pro parte dictæ cõitas sit pbatum, ꝙ ipsa semel habuit titulum & possessionẽ dicti castri, nec constat ꝙ alius primò habuerit vel fuerit dñs, præsumitur ꝙ dicta cõitas fuerit & sit domina, quia quod in nullius bonis est vel esse non apparet, occupanti conceditur. iuxta ea quæ no. Bart. ff. si cer. pet. l. nam & si fur. ex cuius dictis apparet, ꝙ eoipso ꝙ dicta cõitas probauit se possessionem habuisse, præsumitur domina, ex quo nõ apparet alium fuisse vel esse dñm. Nam ex possessione præsumitur dñs. ut no. in l. pe. ff. de condi. insti. ex quo sequitur, ꝙ dicta cõitas suam intentionem probauit eoipso ꝙ de possessione probauit, & sic de directo dñio. Itẽ ex quo possessio sua præcessit possessionẽ istorũ filiorum, & etiã docuit de titulo dicti uero filij non, ꝙ possessio dictorũ filiorum fuit & præsumitur clãdestina & vitiosa. C. de acq. poss. l. in proba. de proba. c. licet. & sic per condictionẽ ex. l. cum quærebatur. C. vnde ui. tenentur dictam possessionẽ restituere dictæ cõitati, quã condictionem vr̃ dicta cõitas intentasse, cũ intentauerit omnia iura sibi cõpetentia &c. arg. ff. de iodi. l. solemus. de cau. poss. & propric. c. cum ecclesia sutrina. ¶ Et ad cõfirmationem omnium prædictorum facit, quia actor dictorum filiorum in principio comparuit coram officialibus mercantiæ delega. & habuit terminũ ad producendũ omnia iura sua, & infra terminũ nihil produxit, & sic ꝫ eos præsumitur, & pro dicta cõitate q̃ potiora iura produxit. C. de edic. diui Adri. tol. l. edicto. ibi. & ei possessio acquiratur &c. ¶ Item post testes receptos pro dicta cõitate nihil validum opposuit sed solum friuola & inania, per quæ iura & producta pro dicta cõitate non tolluntur nec eliduntur, vt apparet ex processu. Non ergo põt dicta snia reprehendi de iniustitia, cũ dictus actor habuerit terminum & facultatem se defendendi, & nõ fecerit, vnde nõ põt dici ꝙ facultas defensionis fuerit dictis filijs sublata. C. de iure fisci. l. facultas. Ex quibus omnibus sequitur & concluditur dictam sniam esse iustam attenta naturali iustitia & facti veritate, quæ colligitur ex prædictis. & hic est pũctus, de quo quæritur, super quo tñ consulendum est. iuxta ea quæ no. Bar. in l. lecta. ff. si cer. pe. ¶ Si aũt quæratur de processu & eius ordine, & sic vtrum ritè lata sit, non rñdeo de præsenti, quia quæsitũ non est, tñ est aduertendũ, † ꝙ per verba capituli laudi inter cõitatem Florẽtiæ & cõitatem Senarũ, vr̃ remissa solennitas iuris ciuilis cõsueta in iudicijs obseruari, vt ex dictis verbis satis colligi & pbari põt quæ vñr idem importare, ꝙ illa verba, summariè & de plano sine strepitu & figura iudicij, quo dictus processus satis euidenter sustineri posset. Sed quia de hoc nõ quærit, super hoc me vlterius non extẽdo.

a Q ... in consi. ... Bal. in consi. ... in parte.

SVMMARIVM.

1 *Hostium bestiæ fines nostros ingressæ si priuatus denunciauit, & ob id capiantur, an priuato an vero fisco acquirantur.*

2 *Denuncians de bonis fisco acquisitis habet tertiam partem denunciatorum.*

CONSILIVM CCCCXLVI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ † Dico, ꝙ istæ oues pertinent ad cõitatem Sarciani, non ad illũ Sarcianensem, qui denunciauit, qd sic probat. Istæ oues statim, ꝙ ingressæ fuerunt territorium Sarciani sine licẽtia fuerunt perditæ, & earũ dñium acquisitum fuit cõitati Sarciani ipso iure, cũ illicitè fuerint ad illud territoriũ ductæ. Nã cũ illis, cũ quibus quis habet guerrã, non habet hospitiũ vel conuersationẽ. ff. de capti. l. postliminij ius. §. in pace. Cũ igitur fuerint ductæ ꝫ prohibitionẽ, statim ipso iure ꝯfiscatæ fuerunt. ff. de pub. l. cõmissa. & l. quotiens. §. dñs. & §. illicitarũ. denũciatio igitur istius Sarcian. non abstulit cõitati dñium rerũ sibi acquisitarũ, sed potius detexit seu manifestauit id qd erat. ff. de iure fisci. l. j. vbi patet per plura exẽpla. de acq. re. do. l. adeo. §. cũ qs. in fi. hoc ẽt patet. ff. de capti. l. 2. vbi dr̃, ꝙ equi hostiũ nostrorũ prærípiendo seu in præsidia nostra, ẽt sine culpa equitũ & sine captura alicuius, efficiunt nr̃i eoipso ꝙ fines nostros ingrediunt, hoc aũt nõ põt intelligi ꝙ fiant alicuius priuati, si nullus priuatus cepit, sed efficiunt fisci per solũ ingressum. arg. ff. ad l. Iul. pec. l. pe. de iure fisci. l. diuus. Si ergo post ingressum aliquis priuatus caperet, vel denũciaret, nõ est dubiũ ꝙ dñium acquisitũ fisco nõ auferret. de reg. iu. l. id quod nostrũ. ¶ Præterea ad hoc, vt res hostiũ fiant alicuius priuati, requiritur ꝙ ipse priuatus ceperit in territorio hostiũ & in nr̃a pſidia. i. infra nostra cõfinia duxerit. vt d. l. postliminij ius. in prin. ff. de capti. sed iste Sarcianensis nõ fecit hoc, igit &c. Requirit. n. probitas corporalis in acquisitione taliũ rerũ. iuxta ea q̃ no. in l. si qd in bello. co. tit. q̃ pbitas non ꝯsistit in sola denũciatione verbali, cũ quilibet ẽt debilis & infirmus posset hoc facere. ¶ Præterea res hostiũ fiunt occupantiũ. ff. de acq. re. do. l. transfugas. occupari aũt dñr nõ solo verbo vel visu, sed corporali apprehensione. C. de fide. l. si Barbarorũ. no. in l. j. in prin. de acq. poss. facit. l. 3. §. 1. eo ti. sed in casu nostro ista realis occupatio vel apprehensio non fuit facta p illũ Sarcianẽsem, sed per ptãtem cõitatis Sarciani, ergo ipsi cõitati fuerunt acquisitæ. ¶ Præterea si altæ oues fuissent in territorio Sarciani tpe motæ guerræ, deinde mota fuisset guerra sine colpa Sarcianensiũ, sicut fuit in casu nr̃o, fuissent statim pditæ & acquisitæ ipsi cõitati seu fisco Sarciani. ff. de capti. l. in bello. circa prin. in ver. itẽ in pace. nec. n. põt intelligi, ꝙ fiãt alicuius priuati, sed fisci rectè intelligẽdo, igit & nũc. sed post motã guerrã puenerũt ad territoriũ Sarciani sine industria, diligẽtia, vel pbitate alicuius priuatæ psonæ de Sarciano, quia eadem est ratio. non. n. fuit probitas in ducendo sed in denunciando iam ductas. ad prædicta facit. l. diuus. de iure fisci. vbi res obsidiũ acquisitæ in obsidatu vel captiuorum sunt fisci, neq; alicuius priuatæ personæ, cùm nulla priuata persona pbitatem uel diligentiam in acquisitione illarum cõmiserit. ¶ Concludo igitur, ꝙ dictæ oues primo & ordinario fuerunt & sunt acquisitæ communitati Sarciani, & ad ipsam pertinent per ea quæ dicta sunt. † Tamen quia ille priuatus Sarcianensis denunciauit, ex cuius denunciatione communitas consequitur istud lucrũ, quod forte non fuisset consecuta, dico ꝙ iste denuncians debet cõsequi vulgare præmium, quod consequuntur regulariter illi qui denunciauit bona in fiscum, quæ apud ipsos denunciantes non erant remansura, videlicet tertiam partem istarum ouium. ff. de iure fisci. l. edicto. §. catat. & ibi no. in gl. super verbo vulgare. & l. senatus. §. senatus. & ibi not. plene per Bar. & sic in effectu communitas Sarciani debet sibi retinere duas partes istarum ouium, & tertiam assignare debet illi denuncianti in præmium denunciationis.

SVMMARIA.

1 *Debetur sortis & usurarum simpliciter soluens, confs. ut in sortem soluisse, non in usuras, cum hodie omni iure sint prohibitæ.*

2 *Vsuras qui soluit de facto, & deinde reuocauit eas, an si usurarius non sit soluendo integraliter alijs debeat conferre cum alijs restitutam sibi pecuniam.*

3 *Creditor qui totum creditum suum consecutus est a debitore qui non est soluendo in quibus casibus cogatur pro portione communicare cum reliquis creditoribus.*

CONSILIVM CCCCXLVII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Respondeo & dico, ꝙ isti executores non pñt ipsum cogere, nisi ad dictos tres flore. qd sic deducit manifestè. ¶ † Nã aut uolunt ipsum cogere ad soluendũ ultra tres flo. tanq̃ pro sorte non soluta, vt sic illa cẽtum quadraginta-

gintaseptẽ soluta nõ cepant in sortẽ, sed in usuras, & sic remaneat sors debita.arg.C.de sol.l.c.in fi.ubi dr̃, q quãtitas soluta simplr̃ cedit in usuras, & dico q hoc non põt facere. Nã illa lex cũ si.loq̃tur, qñ usuræ sunt debitæ ciuili & naturali oblĩone, quod poterat olim esse de iure ciuili.sed qñ vsuræ nullo iure sunt debitæ, tũc illud qđ soluit ẽt si expressè soluatur ꝓ usuris, nõ cedit i cãm usurariã, q̃ nulla est, sed cedit in sortẽ & extinguit debitũ sortis in tm̃, q si postea sors soluat̃, tanquã indebitè soluta repetit̃.ff.de cõd. indeb.l.si nõ sortẽ.in prin.ubi casus. ¶Cũ igitur hodie usuræ sint reprobatæ utroq; iure,[a] & sic ipso iure sint indebitæ, ut no.in c.debitores. de iureiur.apparet, q illa centũ quadragintaseptẽ soluta extenuarunt debitũ sortis, & per ꝯñs de sorte non debent̃ ipso iure nisi illa tria q̃ restant soluenda, & ad illa tm̃ põt cogi.ff.de sol.l.q stipulatus.§.q decẽ. ¶Aut eẽ uolunt dicere executores, q illa sint soluta ꝓ sorte & in sortẽ cedãt ut dictũ est, sed nolunt, nũc, q ipse soluat ꝓ usuris q̃ currissent ꝓ tpe, quo tenuit, vt sic postea recuperet ꝓ æquali portione cũ alijs, & tunc longè clarius hoc dicere nõ põt. ¶Primò, qa usuræ non põt hodie deberi, cũ sint reprobatæ. vt no.in d.c.debitores.& de usur.super eo.C.eo.tit. auth. ad hæc.vñ cũ nulla cõpetat parti actio uel oblĩo, nõ audit̃.ff.de admi.tu.l.quotiẽs.§.item sitt pali.ff.de neg.gest.l.si pupilli. §.uideamus. & qđ no.in l.ubi pactũ. C.de transac. ¶Scđò qa, & si possent deberi, si ponamus sortẽ solutã, ut dictũ est, vsuræ postea currere non potuerunt.C.de usur.accepta.l.si constat. ¶†Sequitur ergo, q nõ põt aliquid plus exigere tanquã usuras debitas defuncto nõdũ solutas. Aut illi executores nolũt exigere tãquã usuras solutas p istũ debitorem defuncto, deinde sic restitutas, sed ut sic reuocet dicta restõ, & reducatur ad paritatẽ cum alijs. Sicut uidemus in eo, q nõ est soluendo, nã si soluit uni ex creditoribus ultimũ debitũ, cũ alij non possint ex suis bonis integrũ cõseq̃, reuocat̃ interdũ illa soło, & reducitur ad æqualitatẽ cũ alijs.ff. de bon. auto. iudi. pos.l.si nõ expedierit.§.t.sic vr̃ in ꝓposito, ut pinde sit, ac si iste soluisset defuncto sortẽ & usuras, deinde per defunctũ uel eius hr̃des fuerint sibi restitutæ integræ usuræ. ¶Vñ cũ nũc bona nõ sint sufficientia ad restituendũ integras usuras alijs debent reuocari dicta restõ & reduci ad paritatẽ cũ alijs. Quærit̃ ergo an hoc dicere possint. Rñdeo q nõ. Nam re uera iste nõ soluit nisi alterã summã tm̃, s. vł vsuras uel sortem, ut dictũ est. Quod aũt fingamus ipm soluisse sortem & usuras, & q usuræ sibi postea fuerint restitutæ, nõ uideo vñ ista fictio possit causari. ¶Præterea posito, q ita esset re uera q sortẽ & usuras soluisset, deinde usuræ sibi integraliter fuissent restitutę adhuc dico q ad petitionẽ aliorũ creditorũ dicta soło nõ debet reuocari, qa ipse sibi inuigilauit & sua diligentia sibi ꝓdesse debet. †Nã illa reuocatio deberet fieri, qñ subesset aliqs de inscriptis casibus, ve3 qñ ille, cui satisfactũ ẽ, nõ hĩbat hypothecã, alij sic, vt uot. gl.in l.priuilegia.ff.de priui.credi.facit.l.scimus.§.licentia. & §.si verò hr̃des.de iu.delibe.vel qñ illi qbus non fuit satisfactũ erant priuilegiati in act.p sonali. Sed ille, cui satisfactũ fuit, nõ l.deferre.§.fi.cũ l.sequenti.de iure fisci. Vel qñ bona erãt cõiter possessa p oẽs.de his q̃ in frau.credi.l.q aũt.§.sciendũ. Vel qñ oẽs instabant & debitor uni gratificauit.ut d.l.si non expedierit.§.t. Vel qñ illicitè uel per illicitos modos extorsissent.ff.de his, q̃ in frau.credi.l.pupillus. ¶Isti casus colligunt̃ ex dist.Iac.de are.& Bar.in d.l.pupillus.extra illos casus nõ fit reuocatio, qa sua diligẽtia cuilibet ꝓdesse debet, & alijs negligentia nocere, ut dictis iuribus. Sed nos ñ sumus in aliquo pdictorũ casuum, qa isti, q petũt sibi satisfieri, nõ sunt potiores ista rõne hypothecæ uel priuilegij psonalis actiõis, nec bona erant possessa, nec facta fuit gratificatio uel extortio.

¶Vñ concludo, q ista paritas uel æqualitas debet seruari solum quo ad illos, q soluissent sortem & usuras, & nunc tractãt de recuperatione usurarũ, ut oĩbus debeat satisfieri ꝓ rata bonorum. Sed quo ad istum, q nõ soluit nisi alterum tm̃, s. usuras, q̃ soło cedit in sortẽ, nõ est hoc seruãdũ, qa ipse nõ tractat de aliqua recuperatione. Itẽ qa posito q soluisset sortẽ & vsuras, & usuræ fuissent sibi restitutæ, ad hoc, non est reuocandus ad paritatem cum alijs, qa non sumus in aliquo de casibus, in quibus illud permittitur, vt s. ostensum est. Et ideo solum tres florenos, qui restant soluendi de sorte, cogitur soluere, & non ultra.

SVMMARIA.

1 *Testator si prohibuit certam domum alienari, & uoluerit eam deuenire ad masculos descendentes, an unus masculus possit partem suam relinquere filiæ suæ sibi ab intestato succedenti.*

2 *Prohibitus unus ex pluribus prohibitis alienare extra famil. uendat partem suam consocio, an illa pars possit promiscuè & simpliciter alienari in quemcunque.*

3 *Res prohibita alienari an dicatur subiacere fideicom. & de opi. Dy. & Barto. in l. qui romæ. §.cohæredes. de uerb.oblig.*

Intellectus ad l.pater.§.quindecim.de leg.3.& 1.

CONSILIVM CCCCXLVIII.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶†Si iste masculus, q possidet istas portiones, uult eas relinquere filiæ suæ, tũc clarũ & expeditum est, q põt oẽs relinquere, si tm̃ dicta filia sibi succedat. Nã licèt ipsa filia nõ sit de descendentibus masculis, ad quos testator uoluit domum deuenire, tm̃ qa filia est & ab intestato successit ex huic pr̃i, põt dictus pr̃ ad eam transmittere, nec alij descendentes masculi põt reuocare.ff.de leg.2.l.cũ pr̃.§.cum iter.ubi casus sm̃ Dy.Iac.de are.& Bar.hæc ẽt fuit opi.Io.antiqui glosatoris, quã refert gl.eo.tit.in l.peto.§.fratre.in sol.xij.de l.pr̃.§.t5.de leg.3.refert ẽt gl.in d.l.pr̃ filiũ.§.iulius agrippa.in q.q̃ incipit fratrem. licet nõ allegent illum.§.cũ inter.ubi est casus.firmat ẽt hoc Bar.in l.peto.§.fratre.de leg.2. Et in hoc oẽs concordant.[a] ¶Si aũt uult disponere in aliam personam, q̃ in filiam quæ nõ sit de descendentibus masculis, tũc liquidẽ illos descendẽtes, q supersunt hodie seu ꝯsobrinor, de quibus in themate præmittitur requisierit ut emãt, & ipsi nolint emere ꝓ eo pretio qđ reperitur ab alijs. Et tunc simr̃ clarũ vr̃, q ipse sit liber & solutus ab oĩ ꝓhibitione facta in testõ, & q oẽs prædictas portiones possit alienare, & de eis disponere in qñcunq;.ff.de uerb.obli.l.q romæ.§.cohæredes. ubi casus sm̃ Dy.qui dicit per illum.§.q res ꝓhibita alienari extra familiam, si illi de familia requisiti nolint emere, põt extra familiam alienari.[b] hoc idem tangit ipse & Bar.post eum in l.codicil.§.instituto.in fi. de leg.2. Sed hic unũ est, qđ facit dubium. Nam Bar. in d.§.cohæredes, dicit hoc dictum esse uerum, qñ sola prohibitio alienationis facta est, sed si cum prohibitione prædicta mandauit rem in familiam relinqui, tunc dicta requisitio & contumacia non sufficeret, quin post mortem requirentis deberet ad familiam deuenire, quæ limitatio satis consona iuri vr̃. Nam hoc casu duplex est ꝓhibitio. una expressa & illa facta est a testatore, & est istius naturæ q reddit alienationem nullam incontinenti & inuita alienãtis, si alienetur inter uiuos. alia tacita, q̃ fit a lege, quæ ꝓhibet res subiectas restõni alienari; & ista non reddit alienationem statim nullam. Sed post mortem tm̃ alienantis, & post euentum ꝯdõnis, nec ante põt retractari, sed primo casu incontinenti retractatur, ut hæc hñr.ff.de leg.2.l.cum pater.§.libertis.in tex.& gl.de leg.1.l.seruo legato.§.j.& ibi no. Sed etiam vr̃ testator mandasse q domus remaneat descendentibus masculis, & sic cum subiaceat restitutioni, subest prohibitio legis tacita, ut hoc colligitur ex uerbis testatoris primo loco relatis dum dixit. Cùm uelim quòd infrascripta domus & palatium perpetuò remaneant descendentibus ex me per lineam masculinam, & q de dictis descendentibus non exeat; quæ uerba dispositionem inducunt & importani hoc, ut quilibet uideatur rogatus relinquere portionem suam descendentibus masculis. ff.de legat.3.l.fideicommissa.§.hæc uerba.retenta ergo limitatione, quã facit Barto.ad dictum Dyn.videtur dicendum, quòd ista requisitio & contumacia consobrinorum operetur hoc solum, ut tollat illam prohibitionem expressam, & sic si iste alienaret in extraneũ inter uiuos, talis alienatio non erit statim nulla, sicut esset si dicta prohibitio non esset sublata. Sed eo mortuo retractabitur uirtute tacitæ prohibitionis legalis, quæ non est sublata secundum eum. ¶Sed ad prædicta respondeo, & dico q si dictum Dyn. est uerum, prout ipse Barto.etiam præsupponit, limitatio Bart. non uidetur uera. Nam quandocunque testator prohibet alienari rem extra familiam, uidetur tacitè rogare, quòd in familia relinquatur cuius contemplatione fecit dictam prohibitionem.de lega.1.l.filiusfami.§.diui. & l.seruo legato.§.si testator.de legat.3.l.fideicommissa.§.interdum. in fin.licet ergo testator unà cum dicta ꝓhibitione mandet expressè, q in familia relinquatur, hoc mandatum nihil importare uidetur, quia tacitè subintelligebatur propter dictam prohibitionem. de lega.1.l.3.C.de fideiusso.l.nõ rectè. Cùm igitur secundum opin.si facta esset prohibitio expressa, & nihil aliud esset dictum, posset alienare in extraneum, si alij de familia requisiti nollent emere per dictum.§.cohæredes. qđ ẽt tenet Bart.& tm̃ in illa prohibitione tacitè includitur mandatum, & si fuerit a testatore expressum, idem erit; quia tantum ve3 tacitũ quantum expressum in ultimis uoluntatibus regulariter, de leg.2.l.cum proponeretur. Et sic vr̃, q dicta limitatio Bartol. nihil ualeat. uel si uolumus eam tenere, quia non omnes audent a dictis suis

[a] ¶Iure. Vide d. Anton. de pra. ue. in consi. 49. in 2. col. 14. par. cõs. d. Alex. de imol. & oino. d. Mari. sozin. in consi. 2. inci. sequẽdo. uer. circa tertiam. q. cir. prin. 15. pte.

[b] ¶Alienari. Vide d. Bart. soz. 1 cõ si. 227. 1 uer. secũdo fortius. circa. fin. in 2. parte.

suis recedere, dico q eius dcm̃ & limitatio ꝓcedit in casu nr̃o quã
tum ad portionem, quã habet iste iure hr̃ditario. Nã in illa fateor
q primus filius, deinde secundus, & iste tertius, demũ uiderent ro
2 gati de relinquendo ipsam in familia. †Sed in alijs duabus portioni
bus, q̃ peruenerũt ad istũ iure redemptionis vel emptionis, nõ ꝓce
dit, qa in illis nõ fuit iste grauatus de relinquendo eas in familia;
nec & sui antecessores, qbus illæ portiones nõ fuerunt a testatore
relictæ. Sed illi tm̃ filij, qbus relictæ fuerunt, & ẽt illi q dictis filijs
successerunt iure hr̃ditario & titulo vlĩ. ꝓbat hoc. ff. de leg. 1. l. si
fundũ sub cõdõne. §. libertus. ubi grauamẽ testõris nõ extẽdit nisi
ad portionẽ, quã grauatus habet a testõre, vñ cũ hic essent tres filij
primi, qlibet eorũ vr̃ grauatus in sua tertia tm̃, & ẽt illi q eisdem
successerunt iure hr̃ditario. Sed hic non p̃supponit, q iste, de quo
agimus, successerit illis iure hr̃ditario. Sed dr̃, q illæ duæ portio-
nes ꝑuenerunt ad eũ titulo singulari, s. emptionis; ergo in illis nõ
transit ad eos grauamẽ p̃dictũ, ꝑ ꝯñs pñt illas alienare in quẽ uo-
lunt. casus est in l. pr̃. §. 15. de leg. 3. ¶ Dicet aliqs. hoc vr̃ falsum &
ꝫ. l. unum ex familia. §. q si talia. de leg. 2. & l. peto. §. fratre. eo. tit.
in qbus hr̃, q nõ solũ tenet qs relinquere in familia portionẽ suã
sibi directò relictãs testõre, sed ẽt illã quã habuit a cohærede uel
collegatario. hoc idẽ ꝓbat. ff. ad trebel. l. sceuola. & qd̃ ibi ꝑ Bart.
q dicit per illã l. q si testator substituit filios adinuicem, deinde
vnũ eorũ grauat de restituendo alteri, vr̃ eum grauare nõ solũ de
portione sua, sed ẽt de portionibus q̃ sibi obueniẽt a cohæredi-
3 bus rõne reciprocæ substõnis. ¶ †Sed rñdeo & dico, q dicta iura
loquuntur de portionibus, q̃ obuenirent ex testõ rõne substõnis
uel fideicom. vñ fateor, q si istæ duæ portiones ꝑuenissent ad illã
nõ ex ꝯctu suo vel sui pr̃is, sed ex eo q primi filij decedentes sine
liberis eis reliquissent, s̃m q testator mãdauit, q tunc caderent in
fideicõmisso qd̃ debet ab isto possessore. Nã tũc hñt illas portiões
ex dispõne defuncti immediatẽ, & ex titulo lucratiuo, meritò cadit
in eis grauamẽ. ¶ Sed in casu nr̃o peruenerunt ex ꝯctu emptionis,
& sic nõ ex testõ, licẽt ꝑꝑ testm̃. Nec ex uoluntate defuncti imme-
diatẽ, sed potius ex ꝯctu sui pr̃is, & ex illius diligentia, meritò in fi
deicõmisso non cadunt. ff. de leg. 3. l. uxorẽ. §. testõ quo filiũ. in fin.
facit. l. debitor. in fi. ad treb. ff. ad l. falci. l. si hæres institutus. i prin.
§. sed & his. & l. pr̃ filiã. in prin. facit de leg. 2. sequens qõ. ff. de do-
te prælegata. l. 3. §. si vxor. in fi. & est casus rectẽ intelligẽdo. in d. l.
pr̃. §. 15. ¶ Nã licet ibi qlibet esset grauatus de portione sua, tñ ista
uerba possent extẽdi ẽt ad partẽ, quã haberet a cohærede iure fi-
deicõmissi. ut est casus in l. marcellus. §. quidã liberis. ad trebel. vñ
rõ, quare ibi nõ uenit in grauamine portio quã habuit a cõsocio,
nõ põt esse alia, nisi qa ipsam habuit ex suo ꝯctu, nõ principalr̃ ex
dispõne testõris. Cũ. n. dederit ꝓ eis p̃tiũ, non vr̃ eas hẽre, cùm tm̃
dederit q̃tum receperit. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. si. in fi. ¶ Itẽ pos-
set qs dicere, ista non vñr ꝓcedere. Nam licet pr̃ istius acqsiuerit
istas portiones titulo emptiõis, tñ mortuis illis primis filijs vr̃ im
mutata cã dñij & possessionis, & nunc hẽre vr̃ ex testõ, uel iure fi-
deicommissi. ff. ad l. fal. l. fundo. de leg. 1. l. hmõi. §. q seruum: in q-
bus hr̃, q si ille cui relicta est res sub ꝯdõne, pendente ꝯdõe ipsam
emat ab hærede, licẽt interim teneat titulo emptionis, tñ existẽte
ꝯdõne incipit tenere titulo legati, & pretium repetere põt. ad idẽ
de actio. empt. l. cui res. Sed in casu nr̃o uidebant̃ istæ portiones re
lictę patri, uel auo istius possessoris, uel ẽi sibi sub ꝯdõne. si illi filij,
quibus erant primo loco relictæ, decederent relictis hr̃dibus extra
neis. Si ergo interim emptæ sunt, & postea decesserunt sine filijs
masculis, & sic extitit ꝯdõ, incipit iste hẽre ex cã fideicõmissi, & p̃-
tium repetere põt ab eo qui venditori successit. ¶ Sed rñdeo & di
co, q p̃dicta locũ hẽrent, si in euẽtum dictæ ꝯdõnis istæ portiones
fuissent deuẽturæ ad istũ emptorẽ certũ & determinatũ, vt qa illi
filij sic fuissent expresse grauati, tũc. n. rõ esset ꝓ pompin, cur cã dñij
mutet̃, sed in casu nr̃o nõ est ita, qa fateor q illi primi filij vñr fuis
se grauati de restituendo suas portiones si decederent sine descen-
dentibus masculis, tñ aduertendũ quia vñr grauati de relinquendo
in familia masculorũ nõ magis vni q̃ alteri, vñ potuissent relinque
re alteri, q̃ isti cui venditæ sunt. ut est casus. ff. de leg. 1. l. filiusfa. l.
cum pr̃. in fi. sufficeret. n. q in familia relinqueret. Cum igit̃ nõ es-
set certũ ad istũ emptorem omnino deuenturas illas portiones, dico
q ex ꝯdõne fideicõ. non immutat sibi cãm dñij, qs cessat rõ illorũ
iurũ, & sic adhuc titulo emptionis vñr hẽre, & hñt locum q̃ s̃. di-
cta sunt. ¶ Postremò q̃tum ad istas duas portiones, q possit alie-
nare quãtumcunq; facit illud qd̃ cõiter dicimus, q qñcunq; res se
mel licitẽ alienata est s̃m voluntatem testõris, s. ꝫ. familiã, ꝑpetuò
facta est alienabilis in q̃cunq;, sicut fuit in casu nostro. ut in d. §.
15. s̃m alium intellectum. facit. l. si pupillorum. §. 1. ff. de reb. cori.
Fuit aũt in casu nr̃o ꝓhibitio in ꝑsonam non in rem, ut patet ex
uerbis testatoris, q̃ semper ad filios dirigantur & descendentes, &
per hoc non obstat. l. peto. §. fratre. de leg. 2.

a ¶ Reprobat. Vide d. Barth. Soz. i cõsil. 163. incip. nõ fuisset opus. uer. ad 2. uero. circa fi. i 2. parte. & olim no Bal. i cõs. 8. 1. 4. parte. ubi disputat eundem articulũ put hic Paul. & uide eũ in cõ. 6. 13. pte.

SVMMARIA.

1 *Consensus præstitus contrahentibus & paciscentibus de hæreditate consentientis certo modo post mortem eius disponenda potest reuocari pro libito ipsius.*
2 *Pactum de futura hæreditate alicuius adhuc uiuentis iuramento firmatum, an sit obligatorium.*
Iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. & 3.
3 *Filia, quæ fecit fratri pactum de non succedendo patri, & iurauit non prohibetur succedere ex testamento.*
4 *Renuncians iuribus suis intelligitur solũ de præsentibus renũciasse, nõ de futuris.*

CONSILIVM CCCCXLIX.

1 IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ †Non est du
biũ, q si iur̃m non interuenisset, dicta donatio nulli'
esset vigoris, ex quo dña Biancina de cuius hr̃ditate
agit̃, reuocauit consensum ꝑ se præstitum in eadẽ. C.
de pac. l. fi. potuit. n. dcm̃ cõsensum liberẽ reuocare,
cũ ñ fuisset obligatorius. ff. de condi. ob cãm. l. si pecuniã. in prin.
& l. 3. §. 1. & qd̃ ibidẽ no. cõiuncta. l. pactum qd̃ dotali. C. de pact.
& reuocatione facta perinde est, ac si nunquã p̃stitum fuisset. ff. de
leg. 1. l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 3. l. si qs i prin. testi. Neq;
ẽm potuit uel debuit d. D. Antonia sollicita esse uel disponere de
hæreditate viuentis. ff. de uulg. & pup. sub. l. 2. §. interdum. ff. quẽ-
ad. testa. ape. l. 2. §. si dubitet̃. cum in ea spẽ ponere, sit a iure repro-
batum, nec talis põt dici spes. ff. de lib. leg. l. post emancipationem.
de colla. bo. l. 1. §. si impuberi arrogato. cũ dependeat ex sola uolũ
tate eius, de cuius hæreditate agitur. ff. de auro & ar. le. l. l. inter ve
stẽ. & ibi no. iõ magis dr̃ a fortuna ꝓuenire. de leg. 1. l. apud iulia-
num. in fi. & qd̃ no. ideo non debet inspici uel considerari. ff. qui &
a quibus. l. iulianus. & sic non ob. l. spem. C. de dona. quia loquitur
de spe approbata non fortuita. ¶ Nũc ergo dubitat̃, quia iur̃m in
teruenit, utrũ ex eo reddat̃ ualida, uel saltem timore iur̃i sit seruan
da. & vr̃ q sic. ut in c. 2. de pac. lib. 6. Item qa põt seruari sine interi
tu salutis æternæ. de iureiu. c. cum contingat. & c. debitores. eo. tit.
c. licet mulieres. lib. 6. Sed not. Bart. in d. l. fi. C. de pact. & in l. stip.
hoc mõ. ff. de uer. obl. in fi. & in prin. determinat expresse ꝯriũ tali
rõne. Nã talis donatio reprobat̃, quia qd̃ ꝫ bonos mores ẽr de iu-
re canonico nõ est seruandũ, ut in c. nõ est obligatoriũ. de reg. iur.
lib. 6. & reprehendit opi. Dy. qui vr̃ sensisse ꝯrium, dicens qui non
bene intellexit dictũ. c. non est obligatoriũ. Nõ ob. c. 2. de pac. lib.
6. quia ibi loquitur de pacto facto de nõ succedendo, qd̃ nõ est re-
probatum, eo qa sit ꝫ bonos mores. Nam & in ueteri testõ legit̃,
q Esau renunciauit Iacob iura primogenituræ: Sed reprobatur a
lege, iõ qa p̃sumit̃ q ꝓ modico renunciaret magnam hr̃ditatem;
2 vñ de iure canonico bene firmatur, † sed pactum de succedendo
uel de hr̃ditate tertiæ personæ certo mõ dispõẽda, ꝓut fuit in ca
a su nr̃o, reprobatur, [a] qa ꝫ bonos mores. de primo patet in l. stipu.
hoc modo. de secundo patet in d. l. fi. C. de pac. ideo iur̃o non fir-
matur ẽt iure canonum, ut d. c. non est obligatorium. ꝓ quo ẽt fa-
cit qd̃ idem Bart. no. ff. ad l. fal. l. seius & augerius. & de fideius. l. si
quis ꝓ eo. in prin. Et s̃m opi. quam puto uerissimam, cum ista do
natio de se non ualuerit, ex quo consensus D. Biancinæ non dura-
uit, nec sit iur̃o confirmata, poterit ista D. Antonia petere ꝯsequi,
qd̃ sibi relictum est in testõ D. Biancinæ, vz quartam partem præ
legatam, & dimidiam aliarum trium, in qua fuit instituta, ut sic ha
beat duas quartas iure institutionis, & dimidiam unius iure præle
gati a cohærede. de lega. 1. l. legatum. §. hæres. nec nocebit sibi do
natio, quæ locum habuit, sicut dr̃ in fi. ff. de ꝯhen. empt. l. pacta cõ-
uenta. in fin. Pro quorum confirmatione adduco, quia ista dona-
tio tendit in alterius præiudicium uel læsionem, vz eius de cui'
hæreditate agebatur, cum per eam inducatur uotum captandæ suæ
mortis. vnde dicit text. in d. l. fi. qd̃ tales pactiones sunt odiosæ &
plenæ tristissimi euentus & periculosi. Sed constat q illa, q̃ tendũt
in præiudicium & periculum alterius, non firmantur iuramento,
quia iuramentum unius non debet alteri damnosum esse. ff. de iu-
reiuran. l. 3. §. pen. & l. nam & postea. in fi. cum l. seq. & l. sed posses
sor. in fi. & hoc est verũ ẽt de iure canonico. ut d. c. cum cõtingat.
circa fi. ibi. cum alterius p̃iudiciũ nõ redundet &c. ꝑ qd̃ patet re-
sponsio ad id qd̃ dicebatur, q poterat seruari sine interitu salutis
æternæ. Nam hoc non sufficit qñ alterius præiudicium redun-
dat sicut est in casu nostro, ¶ Præterea si ualeret, tolleretur dictæ
dominæ

dñæ Biãcinæ libera testamẽti factio. qđ patet, qa cũ voluerit ꝙ ad dictam dñam Antoniam perueniant cũ effectu duæ quartæ cũ dimidia, & ad Cechũ vna tñ quarta cũ dimidia, hoc nõ potuisset facere, imo si donatio valeret, oĩa bona peruenirent ad dictũ Cechũ ꝯ testatricis inuentionẽ, qđ esse nõ debet. de leg. 2. l. codi. §. matre. & ideo dicta donatio & iurñ tanq̃ tollens liberá testamẽti factionẽ reprobaꝛ. vt l. stipꝉo hoc modo. de uerb. obli. & d. l. pactũ quod dotali. C. de pac. arg. C. de sac. san. ecc. ad fi. l. j. ¶ Præterea posito ꝙ dictũ iurñ ualeret & esset seruandũ, tñ in casu oĩo debet intelligi rebus sic se habẽtibus, & sic sub ꝯditione si res perseuerabũt in eodem statu, talis. n. cõditio in iurõ subintelligitur.[a] arg. ff. de sol. l. cũ quis. in prin. ff. qui satisd. cog. l. fi. & no. gl. in c. 2. de rescrip. & de iura. cal. quemadmodũ. facit l. ꝙ seruus. & qđ ibi no. ff. de condit. ob cãm. Cũ igitur tpe dictæ donationis & iuri consensus dñæ Biãcinę accederet, qui consensus erat de se mutabilis, ut. s̃. probaui. certè in dicto iurõ subintelligebatur ista conditio,[b] si dicta dña perseuerabit in eodẽ consensu per dicta iura, cũ igiꝛ consensus fuerit reuocatus, certè dictum iurñ ẽt si fuisset licitũ & de se validũ, tñ nũc tanq̃ deficiente cõditione, sub qua factũ esset, censeꝛ nõ obligatoriũ. C. de non nu. pe. l. fi. ¶ † Præterea, ille qui renunciat iuri suo cũ iurõ, si postea ex noua causa sibi conferaꝛ, põt illud acceptare & effectualiter consequi nõ obstante iurõ, ut in c. 2. de renun. hoc ẽt no. Bar. in d. l. stip. hoc modo. vbi dicit, ꝙ si soror facit pactum cũ fratre, ꝙ ipsa non succedat patri, sed solus frater, si postea instituaꝛ a pr̃e dicta filia põt succedere. nec ob. dictũ pactũ etiá si fuerit iurõ validatum, ne auferaꝛ patri libera testamẽti factio. alle. l. pactũ. C. de pac. pro quo bene facit d. c. 2. de renun. & ff. ad muni. l. fi. in prin. q̃. n. de nouo emergunt &c. ff. de interro. act. l. de ætate. §. ex causa. facit ad prædicta qđ no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. & l. si vxor. §. diuus. de adul. qui dicit, † ꝙ renũcians iuribus, q̃ habet vel hr̃e sperat, intelligit hr̃e ex causa de præsenti, non de futuro, & licet hic donauit oĩa iura, q̃ habitura erat ex causa de præsenti vel de futuro, non tñ vr̃ ꝙ comprehẽdatur causa testãria, de qua nulla spes poterat hr̃i, cũ ꝓcederet ex nuda uolũtate testãtis, ut. s̃. ꝓbaui. & per ꝯñs ad hanc cãm tanq̃ incogitatá non vr̃ extendi iurñ, de iureiu. c. clericus. ¶ Concludo ergo br̃, ꝙ ista dña Antonia consequi debet cũ effectu quicquid in testõ sibi relictũ est, non ob. dicta donatione vel iurõ, de quibus tanq̃ inualidis sibi opponi non põt.

S V M M A R I A.

1 *Statuto stante ꝙ deficien. ascen. & descen. ex linea paterna mater defuncti in una, & parentes masculi ex tribus partibus succedant, an comprehendatur casus, quando mater & auia ex parte patris superest.*

2 *Mater propter auiam admittitur, licet ipsa auia nihil possit habere. & 3.*

3 *Statutum, ꝙ filia extantibus fratribus non succedat, si superstes frater ex latere patris tantum, & soror ex utroque parente cum matre, an talis frater excludat sororem & matrem.*

CONSILIVM CCCCL.

IN CHRISTI NOMINE AMEN. ¶ Visis statutis infrascriptis, & puncto prædicto dico hæreditatẽ dictæ Iacobæ pertinere insolidum ad matrem exclusis alijs ꝯsanguineis suis seu parẽtibus masculis in quarto gradu, vel infra ipsum existentibus, & etiam auia paterna, quod pluribus modis ostenditur & probatur. ¶ † Et primò, nam dictum statutũ determinat duos casus tñ. Primus est, qñ deficientibus ascendentibus & descendentibus fratribus & sororibus superest mater vel alius de ascendentibus ex linea materna ex vna parte, & parentes masculi ex transuersali linea paterna vsq; ad quartum gradum ex altera, quo casu vult ꝙ mater habeat quartã, & alij parentes tres alias quartas. Secundus est, qñ deficiẽtibus descendentibus & ascendentibus superest mater vel alius ex sui parte ex vno latere, & ab altero superest frater soror aut filij eorũ, tũc vult matrẽ in totũ excludi, & fratrẽ in totum admitti. Sed nos sumus in tertio casu, quia superest vnus de ascendentibus per lineam paternã, videlicet auia. Item mater defuncti. Itẽ parentes masculi vsq; ad quartum gradum, qui casus non est tactus a statuto, cũ totum statutum loquatur, qñ deficiunt oẽs ascendentes ex linea paterna, & ẽt descendentes, igitur remanet in dispositione iuris cõis. ff. de condi. ob cau. l. si extraneus. ff. sol. ma. l. si cum dotem. in prin. Sed de iure cõi non est dubiũ, ꝙ hæreditas istius pertinet ad matrẽ tanq̃ proximiorẽ excluso auo paterno, & etiam dictis parentibus, vt in auth. defuncto. C. ad Tertu. igitur &c. ¶ Secundo sic. aut dicemus istam matrem excludi per aliquem istorum de iure cõi, & falsum est, vt. s̃. dixi. aut dicemus ipsam excludi per statutum, & similiter falsum, quod probetur. Nam aut dicemus eam excludi per auiam maternam, & non est verũ, quia statutum de ascendentibus ex latere patris nihil dispositiuè loquitur, sed conditionaľr. s. si decesserit sine ascendentibus &c. & si c. non intendit statutũ eos principaliter vocare, sed solum in vocatione, quá ius cõe ciuile facit de ipsis, eos conseruare, & non impedire. ar. l. si quis sub cõditione. ff. si quis. omis. can. te. de iure aũt cõi mater præfer ꝛ vt dixi. ergo &c. Aut dices cã excludi per istos parẽtes masculos, & hoc est falsum. Nam statutũ vocat istos parentes, de cuius hæreditate agiꝛ, si decesserit sine ascendentibus ex latere seu linea paterna, vt patet ex prin. dicti statuti. Sed ista cõditio defecit, quia decessit relicta auia paterna, ergo dicti parentes non vocantur in aliquo, licèt etiá ipsa auia in nullo vocetur. casus est in simili. in auth. licet. C. de nat. lib. vbi filij naturales vocantur ad certam portionem sub cõditione si non supersit coniunctio legitima, vnde si illa superest, licet in nullo admittatur, tñ extendunt filij naturales, quia deficit conditio, sub qua vocantur. facit de leg. 1. l. filiusfa. §. cũ quis. deficiente. n. cõditione, deficit dispositio. ff. si cert. peta. l. pecuniam. & perinde est enim &c. † Ex quibus patet, ꝙ ista mater cõsequitur ꝑꝑ auiá paternam, ꝙ al's per se non consequeretur. pro quo. l. Aristo. ff. quæ res pig. obli. pos. l. 3. vr̃ casus in fi. ff. ad Tert. l. j. §. si sit agnatus. vbi mater quæ per patrẽ excludebaꝛ, si agnatus defuncti superest, qui obstat patri, admittitur mater & tñ agnatus nil habebit, & sic consequitur mater ꝑꝑ agnatũ, quod per se nõ fuisset habitura, & dictus agnatus prodest matri, nõ sibi. ff. de inoffi. test. l. posthumus. §. si q̃s ex his. ¶ Tertiò. d. Bar. vr̃ istam. q. terminare in l. j. §. fi. de bo. poss. contra tab. vbi determinat, † ꝙ si statutũ dicit, ꝙ extante fratre non succedat soror, si contingat ꝙ extat frater ex vno latere tñ & soror vtrinq; coniuncta, & mater, licèt non existẽte matre soror excluderetur in totum a fratre vigore dicti statuti, tñ ex quo superest mater, quã statutũ non excludit, dictus frater, qui ex vno latere tñ excluderur a dicta matre, deinde soror vtrinq; coniuncta admitteꝛ vnà cum matre. per auth. defuncto. & sic consequetur soror ex ꝑsona matris, ꝙ per se non consequeretur. alle. l. 2. §. si sit cõsanguinea ad Ter. ioh oc tñ casus iste diuersus est a nostro, quia in isto mater, quæ facit sororem admitti, admittiꝛ vnà cum sorore, quã facit admitti. Sed in casu nostro auia paterna, quæ facit matrẽ admitti, non admittitur vnà cũ matre. Sed hoc est ideo, quia sic disponit ius cõe, s. ꝙ mater admittatur vnà cũ sorore vtrinq; coniuncta, & eodẽ modo disponit ꝙ mater præferatur auiæ maternæ, & sic vtroq; casu seruatur d. ꝓpositio iuris cõis, nec immutatur supradicta determinatio per dictum. §. si sit agnatus. hoc idem reperio fuisse cõsultum per d. Guilielmũ de Perusio in his terminis, videlicet. Si statutum dicit, ꝙ existente patruo non succedat mater, & aliquis decessit superstite matre patruo & fratre vterino, cùm dictus frater vterinus per statutũ non excludatur, sed ipse de iure cõi excludat patruum, ꝙ certe tunc mater per patruum non excludetur, cũ ipse sit exclusus a dicto fratre. ¶ Cũq; mater excludat fratrem vterinũ de iure cõi, vt d. authẽ. defuncto. sola mater admitteꝛ excluso patruo per fratrẽ & excluso fratre per matrem, & sic frater proderit matri, non sibi, & incipit consi. sicut tres sunt personæ &c. pro quo est casus. in d. §. si sit agnatus. licèt ipse nõ alleget. Sed hic posset opponi de regula si vinco vincẽtem te &c. Nam ex isto statuto parentes masculi excludunt matrem, in quibus partibus, ergo & auiam paternam quã mater excludit. Sed rñdeo, ꝙ tunc est verũ ꝙ dicti parentes excludunt matrem, qñ non supersunt ascendẽtes ex latere vel linea paterna, vt patet ex eius tenore. Sed hic supest ascẽdens, ergo cessat illa exclusio. regula igitur illa procederet, si excluderet simpliciter, non sub conditione. Item posset dici, ꝙ ista auia debeat totũ habere & mater nihil. arg. ff. ad Tert. l. æquissimũ. §. 1. vbi si quis decesserit relicto patre auo & mater, auus paternus solus admittitur, eo quia pater excludit matrem, & auus patrem, sed ibi ideo, quia auus intrat locum patris, & ibi refertur, quod nõ est in casu nostro, quia auia materna non intrat locum matris, quæ nõ est ex eius linea, ita vr̃ declarare Bar. illum tex. in d. l. j. §. fi. de contra tab. quicquid dixerit Rich. malumb. qui vr̃ terminare contra in q. quæ incipit lege municipali cau. tur. ¶ Concludendum est igitur, dictam hæreditatem ad solam matrem pertinere exclusis parentibus per auiam paternam, & exclusa auia per matrem. vide hic q. dispu. per Rich. malumb. quæ incipit. lege municipali cauet &c. vbi videtur contra determinare.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta alicuius artis utrum possint dici statuta ciuitatis.*

Aduerte tamen lector, quia hoc consilium est imperfectum.

CON-

a ¶ Subintelligi. Adde Corn. in cõsi. tot inc. visis ꝑ totũ. & in ꝯsi. 104. inci. nu. 4. & f. 1 j. part. vbi ꝙ iurñ recipit tãtas cõditiões vel expssas quas recipit ꝯctus.

b ¶ Subintelligebaꝛ ista condõ. Adde ꝙ iurñ recipit tacitas cõditiões quas recipit ꝯctus sup quo iter ponit. c. pueni. & c. quẽadmodum de iureiur. vñ q iurat seruare nõ efficitur piurus. si nõ obseruauit ex iusta cã. q̃ venieb natura ꝯtract'. l. fi. ff. q sat. cog. l. fi. C. đ non nu. pec. pont. do. Phi. De. cõs. 305 inci. iurisdicã esse arbitror. l j. vn. H. F.

CONSILIVM CCCCLI.

IN CHRSSTI NOMINE AMEN. ¶ Sup eo quod q̃rit a dñis regulatoribus in cã, q̃ vertit inter Iacobũ dñi Marci petentẽ in curiã dñi ptãtis ex una parte, Ex Antoniũ bini se opponentẽ in curia officialiũ mercãtiæ & nitentẽ ad dictã curiã cãm trahere, & de curia dñi ptãtis amouere ex altera, duo principalr uidenda sunt. ¶ † Primũ est, cũ p parte d. Antonii & ẽt dictorũ officialiũ mercantiæ dicat, q statura curię dictorũ officialium obseruanr inter dictas partes, p parte uerò Iacobi hoc neget, & dicat q dicti officiales, pcedendo eo mõ, quo pcedunt, statuta non seruanr, sed ea offendũt & trãsgrediunt, & p hoc recursum habuerit ad dictos dominos regulatores, ut ea faciant obseruari, vtrum d. dñi regulatores virtute ptãtis eorũ sup hoc possint se intromitrere & cognoscere, utrũ p dictos officiales mercantię sic pcedendo statuta seruent, uel non, & si cognouerint ea non obseruare, possint eos cogere ad obseruandũ. ¶ Scd'm dubiũ est, vtrũ re vera dicti officiales sic pcedẽdo ut faciunt, statuta seruent vel offendant, & sic utrũ debeant audire d. Antoniũ sic se opponentẽ in eorũ curia, ut facit, & dictã cãm trahere possint ad curiã eorũ, an uerò debeant cã remittere ad curiã ptãtis, vbi extitit incohata. ¶ Circa primũ dubiũ tria sunt, q̃ vñr facere dubiũ p parte negatiua, sed ad singula rñdeo, & sic concludã p parte affirmatiua. ¶ Primũ est, qa dicti statutarij seu regulatores habent officium & potestatem faciendi obseruari statuta, & reformationes cõis Senarũ, sed ista statuta, q̃ Iacobus petit q obseruen, q̃ sunt sub rubrica de qbus q̃stionibus officiales se intromittere uel cognoscere non pñt, & de q̃rimonijs non recipiendis, sunt statuta curiæ officialium mercantiæ, & sic non videntur staruta cõmunis Senarum, sed mercatorum. arg. C. de const. pecu. l. 3. in fi. vñ non vr eorum potestas ad hoc se extendere. Sed hoc non obstante dico contrarium. Nã statuta cõis Senarum pñt dici tripliciter. primò illa, q̃ facta sunt ab ipso communi seu populo Senarum immediatè, ut sic genitiuus ille cõmmuni Senarum denotat causam efficientem, sicut dicimus liber Aristo. uel Homeri. ff. de leg. 3. l. liberorũ. §. j. no. de verb. obli. l. quotiens. & de no. oper. nuncia. super.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum uxori quantum, inquantum abstinnerit a secundis nuptiis, si ea moneatur in statu uiduali, legatum remanet penes hæredes ipsius, quia non pôtest amplius resolui in conditionem.*

CONSILIVM CCCCLII.

1 IN CHRSSTI NOMSNE AMEN. ¶ † Legatũ istius domus cũ medietate torcularis fuit purum, qa testator uoluit, q uxor statim haberet & penes eam duraret, q̃diu se abstineret a scd'is nuptijs, ueniebat aũt resoluendũ sub conditione si ab scd'as nup. trãsiret. nã illa verba tm̃ q̃tũ se abstinuerit &c. inducunt conditionẽ resolutiuã, sicut ista verba, tandiu q̃diu, uel donec[a]. qa idẽ important ut. ff. de serui. l. q̃ta. & de ali. leg. l. gayo. §. imperator. de condi. & demõ. l. pater seuerinã. §. fi. & in l. fi. ad tertul. Constar aũt, q aliud est legatũ esse conditionale, aliud purũ sub conditione resoluendũ. circa primũ nisi conditio constat, non habet effectum. scd'm uerò nisi conditio existat, non resoluit, nec pdit effectũ. iuxta q̃ pbare notã tm r. ff. de in di. adiec. l. 2. ¶ Itẽ pmittendum, q si testator legasset p hæc uerba, tanq̃ q̃tum uiueret in uita uiduali, uel tandiu q̃diu uel donec & similia, tunc sub duplici conditione esset resoluendũ legatũ, s. si transiret ad scd'a vota. Itẽ & cũ moreretur, & hæc. n. duo videretur uoluisse. s. cũ desineret uiuere in uita uiduali, uel cũ desineret viuere simpliciter. ar. ff. de arbi. l. celsus. in prin. de dolo & cõtu. c. cũ dilecti. tunc ergo sine dubio p mortẽ mulieris rediret legatũ ad hæredes uiri, licèt ad scd'a uota non migrasset. vt C. de le. l. fi. & de le. 2. l. titia. §. fi. In casu uero nostro non ita dixit, qa de uita uel morte mulieris non fecit mentionẽ, sed dixit tm̃ q̃tũ se abstinuerit conuolere &c. Ex hoc sequitur, q ipse uoluit legatũ resolui, nisi sub una condõne si se non abstinuerit, sed ad scd'a vota migrauerit, & sub contraria condõne uoluit legatũ durare, s. si se abstinnerit. ¶ Cum ergo hæc mulier non trãsiuerit ad scd'a vota, & mortua sit, illa condõ sub qua veniebat legatũ resoluendũ, defecit, & p consequens non resoluitur. Alia verò condõ contraria, sub qua uoluit durare legatũ, facta est necessaria & infallibilis, qa impossibile est amodo se non abstinere, non. n. põt aliter se non abstinere, q̃ transeũdo ad scd'as nuptias, qd' omodo impossibile est sibi facere, facit de cond. & demon. l. multa. §. j. Ex quo sequitur, qd' dictum legatum debet ppetuò remanere penes hæredes mulieris, sine spe vel timore resolutionis, sicut si mulier facta fuisset in uita sua pfessa, uel regligiosa. ut. C. de indicta vidu. auth. cui relictũ. & ibi no. facit qd' no. p Cy. eo ti. l. fi. & ff. de annuis leg. l. filie. Nã post mortẽ censetur remanere in eo statu, in quo erat tpe mortis. arg. ff. de ali. leg. l. mala. §. sed si alimenta C. ne de statu defun. l. si mater & not. p Cy. C. de usufruc. l. ambiguitatẽ. ¶ Vltimò de hac q̃õne vr casus in d. l. ambiguitatẽ. Vbi si testator legat alicui, quandiu titius pmanserit in furore, & sic uoluerit resolui q̃n in furore desierit esse, dr ibi q si titius anteq̃ efficiatur sane mentis, decedat, legatũ non resoluitur, licet. n. non uideatur in furore permanere, postq̃ mortuus est, qa in mortuo non cadit furor, tñ non põt dici q in furore desierit esse, postq in ipso furore, decessit, nec amodo pt desinere, cũ mortuus sit, sed censetur pmanere iuris fictione post mortẽ in eo statu in quo decessit, ita hic licèt non possit pprię dici, q ista mulier se abstineat a secũdis nup. postq̃ mortua est, qa non põt conuolare. ar. de condi. & demon. l. pater seuerinã. in prin. tñ censetur se abstinere, postq̃ nunq̃ cõuolauit. & sic conditio resolutionis nõ extat, nec extare põt, & ideo legatum penes hæredes mulieris debet perpetuò remanere, hoc etiam bene probatur in l. sufficit. ff. de cond. indebi. si bene inspiciatur.

a ¶ Vel donec. de qua dictiõe uid' Bal. in cons. 153. & in cons. 420. in 5. parte. & in cõ si. 43. in 2. parte. & d. alexan. de de imo. in consi. 40. in 2. col. in prima parte.

SVMMARIA.

1 *Sequestrum & tenutam reuocan. si iudex, pronunciauit non obstante allegatione partis de legitima causa impedien. potest appellari ex quo pars granata est, quia non potuit probare.*

2 *Tenuta iam concessa quibus casibus possit reuocari.*

3 *Instrumenta donationis non probant intentione filii legitimati, nisi producatur instrumentum legitimationis.*

Possessio ficta non transfertur ex inutili contractu.

CONSILIVM CCCCLIII.

IN CHRISTI NOMSNE AMEN. ¶ Ad euidentiam dicendorum præmitto duo. ¶ Primum est, q determinatio istius dubij pẽdet ex hoc, vtrũ ista fuerit iusta & legitima cã impediendi reuocationem dicti sequestri & tenutæ, uidelicet q ista bona tenebantur & possidebantur tempore mortis p defunctum, uel non. ¶ Scd'ò q p̃suppposito p constanti q ista fuerit iusta & legitima cã tunc, ex quo filia obtulit se paratã cã pbare, & non fuit admissa, hoc ipso fuit grauata, & hr p uera, nec est necesse ipsam aliter pbare corã iudice appellationis, imo hoc ipso reuocare debet qd' a primo iudice factũ est. ut est text. in c. interposita. de appel. ¶ † Venio ad primũ, & hic br dicendũ vr, q illa fuerit iusta cã impediendi reuocationẽ tenurę & ẽt sequestri. ¶ Primũ pbatur sic. si defunctus possidebat tpe mortis, tunc illa possessio, licèt non ptinuet in hæredem sed requiratur noua apprehensio. ut l. cum hæredes. de acqui. posses. & l. q uniuersas. §. q p colonũ. tñ dnm vocat & anteq̃ apprehendatur, non licet alteri ppria autoritate occupare, ẽt si res sibi sit debita. Sed debet expectare, ut ipsam habeat de manu hæredis, & si contrafecerit, restituere tenetur. ff. quorũ lega. l. t. in pri. & §. rediguntur. Si ergo non licuit huic filio occupare ppria autoritate ea, q̃ p defunctũ possidebantur tpe mortis, ergo hæres erat conseruandus in dicta tenuta & possessione, quousq; in iudicio pprietatis uel ordinatio de iure istius filij constaret, & si ita est, ergo non erat reuocanda. ¶ Ex hoc infertur ad scd'm. Nam si tenuta non erat reuocanda, ergo nec sequestrũ. Nã cũ ex dicta tenuta possessionẽ acquisiuerit, dictũ sequestrũ factũ ad petitionẽ possessoris est conseruandũ, qa non tendit in alterius p̃iudicium. Tunc aũt põt qs petere reuocari sequestrũ, q̃n ipse est potior possessione, q̃ ille q fieri ipsum fecit, ne p sequestrũ turbetur sibi possessio. l. j. de sequest. poss. Sed in casu nostro potior est illa filia, ex quo defunctus possidebat tpe mortis, ergo non debet fieri reuocatio sequestri, qa turbaretur in sua tenuta & possessione, in qua potior est q̃ q reuocationẽ sequestri petijt. Ex quibus sequitur, q iudex male 2 vr sequestrũ reuocasse, & iustè fuit ab eo appellatũ. † Et ad confirmationem huius adduco quod no. Bart. in l. edicto. C. de edic. diui adri. tol. circa. fi. q dicit, q q̃n aliquis contradictor post tenutã uenit ad reuocationem dictæ tenutæ, dicens se fuisse possessorem tpe datæ tenutæ, tunc tres sunt casus, q colliguntur ex dictis suis. Aut enim citatus non fuit, & tunc obtinebit reuocationem, & iste non est casus noster, quia præsupponitur q emanauerint citationes generales q̃ sufficiunt. l. si eo tpe. C. de remis. pig. l. j. cũ dicitur si cui plus q̃ per leg. fal. Aut fuit citatus, & tunc aut allegat aliquid, q est exclusiuũ beneficij illius. l. edicto. ut quia dicit defunctum nõ possedisse tpe mortis res illas, q̃rũ tenutã petit reuocari, & idẽ qa debet audiri, & ipse sit non est casus noster, qa iste filius hoc non dicebat

